dentibus in lacū. *Schm̄m̄theim. rr.*

In illo tpe. Ascendens iesus
hierosolūmā; assūpsit duode-
cim discipulos suos secreto; et ait
illis. Ecce ascēdum? hierosolūmā;
et filius hominis tradetur p̄nci-
pibus sacerdotū et scribis et con-
dēnabunt eum morte. Et tradēt
eum gentibus ad illudendū et fla-
gellandū et crucifigendū; et ter-
cia die resurget. Tunc accessit
ad eū mater filiorum; et benedi cū
filiis suis; adorans et petēs aliq̄
ab eo. Quid dixit ei. Quid vis? Ait
illi. Dic vt se deāt hi duo filii mei:
vnus a dexteram tuā; et vnus ad
sinistrā in regno tuo. Respondēs
autē iesus dixit. Nescitis quid pe-
tatis. Potest bibere calicem; quē
ego bibiturus sū? Dicunt ei. Pos-
sumus. Ait illis. Calicem quidem
mecum bibetis; sedere autē ad dex-
teram meā et ad sinistram nō est
mecum dare vobis; sed quibus pa-
ratum est a patre meo. Et audie-
tes decem indignati sunt de duo-
bus fratribus. Iesus autē vocauit
eos ad se et ait. Scitis quia p̄nci-
pes gentium dominātur eorū; et
qui maiores sūt; potestatem exer-
cent i eos; Non ita erit inter vos.
Sed quicūq̄ voluerit iter vos ma-
ior fieri; sit vester minister. Et qui
voluerit iter vos p̄ncipus esse; erit

vestet seruus Sicut filius hominis
nō venit ministrari: sed ministrare
Et dare animam suā: redēptionem
pro multis. *Off.* Ad te dñe leuaui
aiam meā deus meus in te cōfōto nō eru
desolatus: neq; terideant me inimici mei. et eni
vniuersi q̄ te expectant nō confundētur.

Hostias dñe quas *Secreta.*
tibi offerim? propicius respice:
et per hec sancta cōmercia vitu
cula peccatorū nōstrorū absolue.
Per. Coio. Iustus dominus et iustici
as dilexi et gratē vidit vultus ei⁹. postcō

Sumptis dñe sacramētis ad
redēptionis eterne q̄s profici
ciam? augmētū. Per. *Su.* p̄p̄m.

Deus innocētie restitutor? et a
matoꝝ dirige ad te tuorū coz
da seruoꝝum: vt spirit⁹ tui seruo
re concepto et in fide inueniātur
stabiles/et in opere efficaces. Per
dominum. *f* feria quinta. *Officium.*

Deus in adiutorū meum
intende dñe ad adiuuādū
me festina cōfundātur et
reuereantur inimici mei qui que
runt aiām meā. *Ps.* Auertant⁹ retro
cū et erubescant qui volunt mihi mala

Vesta nobis q̄s dñe au. *Off.*
rdium grē tue: vt ieiuniis et
orōnibus cōcruēter intenti: libe
remur ab hostibus mētis et cozpo
ris. Per. *h*ieremie prophete. *l. xvi.*

Benedictus homo qui confidit in
domino: et ponit carnem brachiū
suū. et a domino rececit coz eius.
Et in eum quasi murice in deserto
et nō videbit eum vberit bonū:
sed habitabit in siccitate in deser

to in terra salustiginis et inhabita
bili. Benedictus vir qui confidit
in domino: et erit dñs fiducia eius
Et erit quasi lignū q̄ transplan
tatur sup aquas: quod ab humo
rem mittit radices suas: et non ti
mebit cum vberit estus. Et erit
folium eius viride: et in t̄p̄e siccita
tis non erit sollicitum: nec ali
quando desinet facere fructum.
Drauum est coz hominis et scrut
abile. Quis cognoscet illd: Ego
dñs scrutans coz: et probās renes:
qui do vnicuiq; iurta viam suam
et iurta fructū adinuetionū su
rum. Dicit dñs: om̄s. *Ex.* Propi
cius esto domine peccatis nostris nequā
do dicant gentes vbi est deus eozum. *h.*
Adiuua nos deus salutaris noster et pro
pter honozem nominis tui domine libe
ra nos. *f* Secundum iohannem. *l. v.*

In illo tempore. Dixit domi
nus ielus turbis iudeozum
Non possum ego a meipso face
re quicq̄: sed sicut audio iudico.
Et iudiciū meum iustum est: qz
non quero voluntatem meam:
sed voluntatem eius qui misit me.
Si ego testioniū perhibeo de me
ipso: testimoniū meū nō est verū
Alius est qui testimoniū perhibet
de me. et scio qz verū est testimo
niū quod phibet de me. Vos mis
istis ad iohannē: et testimoniū per
hibuit veritati. Ego autem nō ab
hoie testimoniū accipio: sed hec di
co vt vos salui sitis. Ille erat lucer
na ardens et lucens: vos autē vo
lulistis ad hozā erulitare i luce eius
Ego autem habeo testimoniū

maius iohāne. Opera enī que de
dit michi pater vt perficiā ea: ipsa
opera q̄ ego facio testimoniū per
hibēt de me q̄ pater me misit. Et
qui misit me pater: ipse testimoniū
perhibet de me Reg vocem eius
vñq̄ audistis: neq̄ specie eius vi
distis. Et verbū eius non habetis
in vobis manēs: q̄ que misit ille
huc vos non creditis. Scrutamī
scripturas: quia vos putatis in ip
sis vitā eternā habere: et ille sunt
que testimoniū phibēt de me. Et
nō vultis ad me venire: vt vitam
habeatis. Claritatē ab hoībus nō
accipio: sed cognoui vos q̄ dile
ctionē dei nō habetis i vobis. Ego
veni in noīe patris mei: et nō acce
pistis me. Si alius venerit in no
mīe suo: illū suscipietis. Quomō
potestis vos credere: et glīam ab in
uicem accipitis: et gloriā que a so
lo deo est nō queritis. Nolite pu
tare quia ego accusat urus sī vos
apō patrem. Et qui accusat vos:
moyses in quo vos spatis. Si enī
credideritis moysi: crederit̄: forsitā
et michi De me enī ille scripsit Si
aut̄ illius litteris nō creditis: quo
modo verbis meis creditis: Vsq̄
peccatus est moyses in conspectu domi
ni dei sui et dixit peccatus est moyses in
conspectu domini dei sui et dixit quare do
mine iheris i populo tuo parce ire ani
mi tui memēto abraham ysaac et iacob
quibus iuraisti dare terram sicut lac
et mel et placatus factus est dominus de
malignitate quam dixit facere populo
suo. h. Dixit dominus ad moysen inue
niūti gratiam in conspectu meo et scito te

pe omnibus et festinās moyses inclina
uit se in terram et adoravit dicens scio q̄
misericos es in milibus auferēs iniqui
tates et peccata. Et placatus. **Secreta.**

Pestis sacrificio noi tuo nos
dñe ieiunia dicata scificium
vt quod obseruātia nostra pfiteā
erterius interi⁹ operetur effecta.
Per. Colo. Qui manducat carnē meā
et bibit sanguinē meum in me manet et
ego in eo dicit dominus. Postcōmūio.

Gratia tua nos q̄s dñe nō de
reliquat q̄ nobis opē tuā lar
gitat̄: sc̄per acqrat: et ab oībus tue
atur aduersis. Per. Sup̄ populum.

Adesto dñe famulis tuis et per
petuā benignitatem largire
poscentibus: vt his qui te auctore
et gubernatore gloriantur et con
gregata restaures: et restaurata
conserues. Per. **Feria sexta. Offiū.**

Erebo in cōspectu tuo latia
eorū: dum manifestabitur
glīa tua. ps. Et auid dñe in iusticia meā
intende de peccatione mea. ¶ **Oratio.**

Dñs ops deus. vt sacro nos
purificante ieiunio: sinceris
mētibus ad sancta ventura faci
as puenire. Per. ¶ **Genesis. xxxvi.**

In diebus illis Dixit ioseph fra
tribus suis. Audite sōniū meū
quod vidi. Putabā ligare nos ma
nipulos in agro: et quasi cōsurge
re manipulū meū et stare. vōs q̄
manipulos circūstātes: adorare
manipulū meum. Respondērūt
fratres eius. Numquid ver cōsur
eris: aut subiciemur dictiōi tue?
Per ergo causa somniorū atq̄ sc̄

monum: inuidie et odij fomitem
 minūstrauit. Aliud quoq; vidit
 somnū quod narrans fratribus
 ait. Vidi per somnū quasi solē et lu-
 nam: et stellas vn̄deci adorare me.
 Quod eū patri suo et fratribus re-
 tulisset: increpauit eū pater et di-
 xit. Quid sibi vult hoc somnium
 qđ vidisti: Nun ego et mater tua
 et fratres tui: adorabimus te sup
 terram: Inuidebāt igit ei fratres
 sui: pater vero rem tacitus confi-
 derabat. Cūq; fratres illius in pa-
 scendis gregibus patris morārē-
 tur in sichen: dixit ad eum israel.
 Fratres tui pascunt oues in sichi-
 nis: veni mittam te ad eos. Quo
 respondente p̄esto sum. Ait. Va-
 de et vide si cūcta prospera sint et
 ga fratres tuos et pecora: et veni-
 cia michi quid agatur. Illius de
 valle ebron: venit in sichen. In-
 uenitq; eū vir errantē in agro: et
 interrogauit quid quererēs. At il-
 le respōdit. Fratres meos quero:
 indica michi vbi pascunt greges.
 Dixitq; ei vir. Recesserūt de loco.
 Audiui aut eos dicentes: camus
 in dothain. Perrexit ergo ioseph
 post fratres suos: et inuenit eos in
 dothai. Qui eū vidisset eum peul
 anteq̄ accederet ad eos: cogitauē-
 runt illū occidere. a mutuo loque-
 bantur. Ecce sōniato: venit: ve-
 nite occidamus eū et mittamus
 in cisternā veterē: dicemusq; fe-
 ta pessima deo: et ait eum. Et tūc
 apparuit quid illi p̄osēt somnia
 sua. Audēs aut hoc rubē: miteba-
 tur liberare eū de manibus eoꝝ: ū

et dicebat. Non interficiamus a-
 nimā eius nec effūdāmus sāgu-
 nē: sed p̄iucite eū in cisternā hāc
 que est in solitudine: manusq; ve-
 stras seruate inuorias. Hoc autē
 dicebat volēs eripere eū de mani-
 bus eoꝝ: et reddere patri suo. **Ex.**
 Ad dām dñi tribularet clamant et exau-
 diuit me. **Ps.** Die libera aiā meā a la-
 bis iūq; et a lingua dolosa. **S. math. xxi**

In illo t̄p̄e. Dixit iesus disci-
 pulis suis et turbis iudeoꝝ
 parabolā hanc. Vmo erat pater
 famlias qui plātauit vineā: et se-
 pem circūdedit ei. et fodit i ea toꝝ:
 cular: et edificauit turrim et loca-
 uit eam agricolis: et peregre p̄o-
 fectus est. Cum autē tempus fru-
 ctuū appropinquasset: misit ser-
 uos suos ad agricolas: vt accipe-
 rent fructus eius. Et agricole ap-
 prehēsis seruis eiꝝ: alii ceciderūt
 alii occiderunt: alii vero lapida-
 uerunt. Iterū misit alios seruos:
 plures p̄ioribus: fecerūt illis si-
 milit̄. Nouissime autē: misit ad
 eos filiū suū dicens. Vterebūtur fi-
 liū meū. Agricole autē vidētes fili-
 um. Direrūt itra se. Hic est heres
 venite occidamꝰ eū: et habebimꝰ
 hereditatē eius. Et app̄: hēsum
 eū ceciderūt extra vineā: et occide-
 rūt. Cū ergo venerit dñs vinee:
 quid faciet agricolis illis: Aūt il-
 li. Malos male p̄det: et vineā suā
 locabit aliis agricolis: q̄ reddēt ei
 fructū t̄p̄oꝝibus suis. Dixit illis
 iesus. Nunq̄ legistis in scriptu-
 ris. lapidem quem reprobauerūt
 edificātes. hęc factus est in caput

anguli. Ad dño factum est istud: et est mirabile i oculis nostris: Pro dico vobis: qz auferetur a vobis regnũ dei: et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit sup lapidem istũ: confringetur. Sup que vero ceciderit: conteret eum. Et cũ audisset p̄ncipes sacerdotũ et pharisei parabolis eius: cognouerunt qd de ipsis diceret. Et querentes eum tenere: timuerũt turbas. Quoniã sicut propheta: eum habebant. *Offi.* Domine in auxilium meũ respice conũ datur. Et reuertatur q̄ querit animã meã: ut auferat eã. Auertatur retro: sũ et erubescat qui cogitant michi mala. *Et. ¶ Secreta.*

Hec in nobis sacrificia deus et iustificacione permaneãt: et opatione firmetur. *Per. Colo.* Tu domine seruis nos et custodies nos a generatione hac in eternũ. *¶ Postro.*

Hec nos dñe accepto pignore salutis eterne sic endere congruenter: vt ad eã peruenire possimus. *Per. ¶ Super populum.*

Quod domine populo tuo salutem mētis et corporis: vt bonis operibus inheredo: tue semper virtutis merccatur. p̄tectione defendi. *Per. ¶ Sabbato. Officiũ.*

Hec domini irreprehensibilis suertens aias testimonium dei fidele sapientiã p̄stans paruulis. *ps.* Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annuntiat firmamentũ. *¶ Oratio.*

Quæsumus domine nostris defectũ ieiunij salutari: vt castigatio carnis assũpta. ad no-

strarum vegetationem transeat animarum. *Per. ¶ Genesio xxvii.*

In diebus illis. Dixit rebecca filio suo iacob. Audiui patrem tuum loquentem cum esau fratre tuo: et dicentem ei. Affert michi de venatione tua: et fac cibos vt comedam et benedicã tibi: corã dño anteq̄ moriar. Nũc ergo fili mi: acquiesce cõsiliis meis. et perges adgregẽ affert michi duos hedos optimos. vt faciã ex eis escas patris tuo quibus libẽter vescer. Quas cũ intuleris et comederit: benedicat tibi p̄iusq̄ moriatur. Cui ille respondit. Nost qd esau frater meus homo pilosus sit et ego lenis. Si attraxerit me pater meus et senserit: timeo ne putet sibi me voluisse illudere. et inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad que mater. In me sit aut ista maledictio fili mi: tantũ audiui vocẽ meã: et perges affert que dixi. Abiit et attulit: et dedit matri. Parauit illa cibos sicut nouerat velle patre illi: et vestrũ esau valde bonis quas apud se habebat domi: iduit eũ. Pellucidasq; hedos circumdedit manibus: et colli nuda p̄terit. Deditq; pulmentũ: et panes quos coxerat et tradidit. Qui bus illas: dixit Pater mi. At illerẽ spõdit. Audio. Quis estu fili mi? Dixit iacob. Ego sũ esau p̄iogenitus tu: feci sicut p̄cepisti michi Surge: sede: et comede de venatione mea: vt bñdicat michi aia tua. Rursusq; ysaac ad filũ suum. Quomodo inquit tam cito

inuenit e potuisti fili mi: Qui respōdit: Volūtas dei fuit: vt cito michi occurreret qđ volebā. Dixitq; ysaac. Accede huc vt tangā te filii mi: et probem vtrum tu sis filius meus esau an nō: Accēssit ille ad patrem: et palpato eo dixit ysaac. Vox quidem vox iacob est: sed manus/manus sunt esau. Et non cognouit eū: q; pilose manus similitudinē maioris expresserāt. Benedictiōs ergo illi ait. Tu es filius meus esau: Rēspōdit. Ego sum. At ille. Affer ique michi cibos de venatione tua filii mi: vt bñdicat tibi aia mea. Quos eū oblatos comēdit: obtulit ei etiam vinum. Quo hausto: dixit ad eum. Accede ad me: et da michi osculū filii mi. Accēssit: et osculatus est eū. Statimq; vt sensit vestimentoz illi fragrantia: benedixit illi ait. Ecce odor filii mei sicut odor agri pleui: cui benedixit dñs. Dicit tibi de deo: celi ⁊ de pinguedine terre abundantā frumētū/vini/et olei et seruiāt tibi populi/et adorēt te tribus. Esto dñs fratru tuozum ⁊ incuruēt ante te filij matris tue. Qui maledixerit tibi sit ille maledictus: et q̄ benedixerit tibi: benedictiōibus repleat. Tū ysaac sermone impleuerat: et egresso iacob foras: venit esau. Coctozq; de venatione cibos intulit patri dicens. Surge pater mi: et comedē de venatione filij tui: vt benedicat michi anima tua. Dixitq; illi ysaac. Quis enim es tu: Qui respōdit. Ego sū filius tuus primogenitus

esau. Expauit ysaac stupore vehe mēti: et vltra q̄ credi potest admirans ait. Quis igitur ille est q̄ dudum captā venationē attulit michi: ⁊ comēdi ex omnibus priusq; tu venies: Benedictiq; ei: et erit benedictus. Auditis esau sermonibz patris: irrugit clamore magno/et cōsternatus ait. Bñdic etiam ⁊ michi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudulēter: et accepit bñdictionē meā. At ille subūrit. Iuste vocatum est nomen eius iacob: supplātauit enī me en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nunc secundo surripuit bñdictionē meam. Rursusq; ad patrē. Nūquid nō refer uasti ait et michi bñdictionē: Respondit ysaac. Dñm tuū illū constitui: et oēs fratres eius seruituti illius subugauit. Frumento et vino et oleo stabiliui eū: et tibi post hec filii mi vltra que faciam: Cui esau. Nun vnā inquit tātum benedictionem habes pater: q̄ michi quoq; obsecro vt bñdicas. Cūq; eiulatu magno fletet: mot⁹ ysaac dixit ad eū. In pinguedine terre: et in roze celi desuper: erit benedictio tua. *Ex. Bonū est consideri dño et psallere noi tuo altissime. b. Ad annūciandū mane miamenā et veritatē tuā per noctem. Secundum lucam. i. xv.*

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidā habuit duos filios et dixit adolefcētio: ex illis patri. Pater da michi portione substantie: que me contingit. Et diuisit

illis substantiam. Et nō post mul-
tos dies: cōgregatis omnibus ado-
lescentiis: filius per egre p̄fectus
est in regione longinquā: & ibi dis-
sipauit substantiā suam uiuendo
luxuriose. Et postq̄ omnia consum-
masset: facta est fames valida in
regione illa et ipse cepit egere. Et
abijt & adijt vni cuius regionis
illius: et nūsit illū in villam suam
vt p̄ficeret porcos. Et cupiebat im-
plere ventrē suū de siliquis quas
porci māducabāt: et nemo illi da-
bat. In se autē reuert̄: dixit. Quā-
ti mercenarij in domo patris mei
abundāt panibus: ego autē hic fa-
me perco. Surgā et ibo ad patrē
meū: et dicā illi. Pater: peccauit in
celū & corā te: iam non sū dignus
vocari filiū tuus: fac me sicut vnū
de mercenariis tuis. Et surgens:
venit ad patrē suum. Cū autē ad
huc longe esset: vidit illū pater ip-
sius / et misit motus est. Et accur-
rens cecidit super collum eius: et
osculatus est eū: dixitq; ei filius.
Pater peccauit in celū & corā te: iā
nō sū dignus vocari filius tuus.
Dixit autē pater ad seruos suos.
Cito proferte stolā primā & indui-
te illū et date anulū in manu eius:
et calciam etā in pedes. Et adduci-
te vitulū saginātū et occidite: vt
māducem⁹ et epulemur: q; hic fi-
li⁹ me⁹ mortu⁹ fuerat: & reuirit: pe-
rierat et inuētus est. Et ceperunt
epulari. Erat autem filius eius se-
nior in agro. Et cū veniret et ap-
propinquaret domui: audiuit sym-
phonā et chorū. Et vocauit vnū

de seruis et interrogauit que hec et
sent. Nō dixit illi. Frater tuus ve-
nit: et occidit pater tuus vitulum
saginātū: q; salū illum recepit.
Indignatus est autē: et nolebat in-
troire. Pat̄ ergo illi⁹ egerat: cepit
rogare illū. At ille respondens: di-
xit patri suo. Ecce tot annis seruus
tibi et nūq̄ mandatū tuum p̄fe-
riui: et nūq̄ dedisti michi hedum:
vt cū amicis meis epularer. Sed
postq̄ filius tuus hic qui deuora-
uit substantiā suam cū meretrici-
bus venit: occidisti illi vitulū sagi-
natū. At ipse dixit illi. Fili tu sem-
per mecū es: et omnia mea tua sūt
Epulari autē et gaudere oportebat:
quia frater tuus hic mortuus
fuerat: & reuirit. Perierat: et inuē-
tus est. Offy. Illumina oculos meos
nequādo obdormi in morte. Nequādo
dicat inimicus meus p̄ualui aduerfus
eū. b. Nōs quo dñe obliuisceris me in si-
nē q̄dū ponā consilia in aia mea. Neq̄

Ihs sacrificiis dñe secreta.
concedit placatus: vt qui pro-
prios d̄ramus absolui delectis: nō
grauemur exterius. Per dominū
Colo. Oportet te filii gaudere quia fra-
ter tuus mortuus fuerat et reuirit perie-
rat et inuentus est. Postcommunio.

Sacramētū tuū q̄s domie diuini
cordis infundat: et sui participes
potēt ex efficiat. Per b. Sup̄ p̄p̄m.
Animiam tuam q̄s dñe con-
tinua pietate custodi: vt que
in sola spe gratie celestis inmittitur
selesti etiam protectione munia-
tur. Per b. Dñica tercia in xl. Offy.



Oculi mei semper ad dñm
quia ipse eucllet de laqueo
pedes meos respice in me
et miserere mei: quoniam unicus &
pauper sum ego. ps. Ad te domine le
uaui animam meam: deus meus in te con
fido non erubescam. / Oratio.

Quiesumus ois deus vota hu
milium respice: atq; ad defensionē
nostrā dexteram tue maiestatis ex
tende. Per dñm. / Ad ephesios. / v.

Hic ut filij carissimi: et ambula
te in dilectione sicut et christus di
lexit nos: et tradidit semetipsum
pro nobis oblationē et hostiā deo
in odorem suauitatis. fornicatio
autē et omnis imūdicia / aut aua
ritia / nec nometur i vobis sicut
deceit sanctos. Aut turpitudine / aut
stultiloquiū / aut scurrilitas (que
ad rē non p̄tinet) sed magis grāz
actio. Hoc autē scitote intelligē
tes q; omnis fornicator / aut imū
dus / aut auar⁹ (quod est ydoloꝝ ū
seruitus) non habet hereditatē in
regno christi et dei. Nemo vos se
ducat in anibus verbis. Propter
hec enī venit ira dei i filios diffidē
tie. Nolite ergo effici participes
eor. Eratis enī aliquādo tenebrē /
nūc autē lux i dño: vt filij lucis am
bulate. Fructus enī lucis est: in oī
bonitate / et iusticia / et veritate.

Grad. Erurge dñe nō preualeat homo
iudicetur gētes in cōspectu tuo. Ps. In cō
uertendo inimicū meū retro: s; infirma
buntur et perient a facie tua. Erurge.

A De leuaui oculos meos. / Tract⁹
qui habitas in celis. Ps. Ecce sicut

oculi seruoꝝ in manibus dñorum suoz
ps. Et sicut oculi anille i manib; dñe sue
ps. Ita oculi nostri ad dñm deū nr̄m do
nec miserati s̄m. Ps. Miserere nobis dñe
miserere nobis. Secundum lucam. xj.

Leciens demonium et illud
erat mutum. Et cū cecisset demo
nium: locutus est mutus et admi
rati sunt turbe. Quidā autem ex
eis dixerunt. In beelzebub prin
cipe demonioꝝ: eicit demonia.
Et alij tentātes: signū de celo que
rebant ab eo. Ipse autē vt vidit co
gitatōes eoz: dixit eis. Omne re
gnū in seip̄sū diuisū desolabitur:
et domus supra domū cadet. Si
autē & sathanas in seip̄sū diuisus
est: quomodo stabit regnū ipsius
q; dicitis in beelzebub eicere me
demonia: Si autē in beelzebub
eicicio demonia: filij vestri in quo
eiciunt: Ideo ipsi iudices vestri
erunt. Porro si in digito dei eicicio
demonia: profecto peruenit i vos
regnum dei. Cū fortis armatus
custodit atrium suū: in pace sunt
ea que possidet. Si autem fortis;
illo superueniens vicerit eū: vni
uersa eius arma auferet i quibus
confidebat: et spolia eius distribu
et. Qui nō est mecum: aduersum
me est. Et qui non colligit mecum:
dispergit. Cum immundus spiri
tus exierit ab homine ambulat per
loca iniqua querens requiē: et
non inueniens dicit. Reuertar in
domū meam: vnde exiui. Et cum
venerit inuenit eā seopis murda
tam et ornata. Tūc vadit et assu

mit septem alios spiritus secū ne
 quiores se: et ingressi habitant ibi
 Et sunt nouissimi a hoīs illius pe
 iora prioribus. Factū est autē cū
 hec diceret: extollens vocē quēdā
 mulier de turba dixit illi. Beatus
 venter q̄ te portauit: et ubera que
 suxisti. At ille dixit. Quinimmo.
 Beati qui audiūt verbum dei: et
 custodiunt illud. Credo. *Offe.* Ju
 sticie domini recte letificantes corda et
 dulciora super mel et lauam. Nā et ser
 uus tuus custodiet ea. *Secreta.*

Nostia hec dñe q̄sumus emū
 det nostra delicta: et ad sacri
 ficū celebrādū subditoy tibi cor
 pora mētesq̄ sanctificet. Per d.
 Cō. Passer inuenit tibi domum et tur
 cur nidum tibi reponat pullos suos alta
 ria tua dñe dicitur rex meus et deus me
 us beati qui habitant in domo tua in se
 culum secūla laudabunt te. *Postcō.*

Auctis nos dñe reatibus et
 periculis propiciatus absol
 ue: quos tāti miserij tribuis esse
 participes. Per dominum. *Feria*

In deo lau / secunda. *Offiā.*
 dabo verbum in domino
 laudabo sermonem i deo
 speraui nō timebo quid faciat mi
 chi homo. ps. Miserere mei deus quo
 niam concitauit me homo: tota die in
 pugnas tribulauit me. *Oratio.*

Quidibus nostris q̄s domine
 gratiā tuam benignus infū
 de: vt sicut ab eis cor poralibus
 abstinemus: ita sensus quoq̄ no
 stros a noris retrahamus excessi
 bus. Per. *Ecō libi regū. iij. v.*

In diebus illis. Naamā prin

ceps militie regis syrie: erat vir
 magnus apud dñm suū et hono
 ratus. Per illū enim de dit dñs sa
 lutem syrie. Erat autē vir fortis
 et diues: sed leprosus. Porro de sy
 ria egressi fuerant latrūculi: et ca
 ptiuā duxerāt de terra israel: puell
 lam paruulā que erat i obsequio
 vrozis naamā. Que ait ad domi
 nā suā. Utinā fuisset me? ad
 prophetā q̄ est in samaria: pfecto
 curasset eū a lepra quā habet. In
 gressus est itaq̄ naamā ad dñm
 suū: et nūciauit ei dicens. Sic et
 sic locuta est puella de terra israel
 Dixitq̄ ei rex syrie. Uade: et mit
 tā litteras ad regē israel. Qui cū
 profectus esset: et tulisset secū de
 cem talenta argēti: et sex milia au
 rcos: et decē mutatoria vestimen
 torum: detulit litteras ad regē is
 rael in hec verba. Cum accepisset
 epistolā hanc: scito q̄ miserim ad
 te naaman seruum meū vt cures
 eū a lepra sua. Cūq̄ legisset rex is
 rael litteras: scidit vestimēta sua
 et ait. Nūquid deus ego sū: vt oc
 cidere possim et viuificare: quia
 iste misit ad me vt curet hominem
 a lepra sua: Anima duertite et vi
 dete q̄ occasiones querat aduersū
 me. Quod cum audisset helyseus
 vir dei: scidisse videlicet regē isa
 el vestimēta sua: misit ad eū dicens
 Cur scidisti vestimēta tua. Veni
 at ad me: et sciat prophetā esse in
 israel. Venit ergo naamā cū eq̄s
 et curribus: et stetit ad ostiū domus
 helysei. ppisitq̄ ad eū helyseus nū
 cium dicens Uades lauare septies

in iordane et recipiet sanitatē ca-
ro tua atq; mūdaberis. Iratusq;
naamā: ecce debat dicēs. Putabā
q; egredere ad me: et scās inuoca-
ret nomen dñi dei sui: ⁊ tangeret
manu sua locum lepre: ⁊ curaret
me. Nūquid nō in ciuitates sūt aba-
na et pharphar fluij dāmasci / oī-
bus a quis israel: vt lauer in eis: ⁊
mūder. Cum ergo vertisset se et
abiret indignās accesserūt ad eū
serui sui: et locuti sūt ei. Pater: et
si rē grādem dirisset tibi ppheta:
certe facere debueras. Quātoma-
gis q; nūc dixit tibi: lauare et mū-
daberis. Dicit ēdit ergo et lauit se-
ptics i iordane iuxta sermonē vi-
ri dei: ⁊ restituta est caro eius sicut
caro pueri paruuli: et mūdatus est
a lepra. Reuersusq; ad virū dei cū
vniuerso comitatu suo venit: ⁊ ste-
t it corā eo: ⁊ ait Tere scio q; nō sit
alius deus in vniuersa terra: nisi
tantum dñs deus israel. **S.** Deus
vitam meam annūciasti tibi posuisti la-
chrymas meas in conspectu tuo. **S.** Mi-
serere michi domine quoniam conculca-
uit me homo tota die bellans tribulauit
me. Secundum lucam. quarto.

L Alote poze. Dicunt phar-
isei ad iesū Quanta audiuimus
facta in capharnaum: fac ⁊ hic in
patria tua. It autē. Amē dico vo-
bis: quia nemo ppheta acceptus
est in patria sua. In veritate dico
vobis multe vidue erant i diebus
helyc in iustia quādo clausū est ce-
lum annis tribus et mēsisibus sex:
cū facta esset fames magna i om-
ni terra: et ad nullā illarū missus

est helys nisi in sacrepta sydonie
ad mulierē viduā. Et multi lepro-
si erāt in israel sub helyseo prophe-
ta: et nemo eorū mūdatus est nisi
naamā syrus. Et repleti sūt omīs
in synagoga ira: hęc audiētes. Et
surreuerūt et eiecerunt illū extra
ciuitatē: et dixerūt illū vsq; ad lu-
perculū mōtis: super quē ciuitas
illoz erat edificata vt precipita-
rent eū. Ipse autē transiēs per me-
diū illoz ibat. **Off.** Exaudi deus

orationē meam et ne despereris deprecā-
tionē meam. Intēde in me ⁊ exaudi me.
S. Conturbatus sum a voce limici et a tri-
bulatione peccatoris ⁊ expectabā eū qui
saluum me faceret. Intēde. **Secreta.**

Q Unus quod tibi dñe nostre
seruitutis offerimus: tu sa-
lutare nobis perice facramētū.

Per d. Cō. Quis da bit ex syon saluta-
re israel cum auerterit dominus capiti-
tatem plebis sue: exulta bit iacob et leta-

D bitur israel. **Postcommunio.**
Resta quesumus omnipotēs
et misericors deus: vt que ore con-
tingimus: pura mēte capiamus.
Per dominū. **Super populum.**

D Domine misericordia tua: vt
ad iminentibus peccatorū no-
stroz periculis se mereamur
protegentē saluari. **Per dominū**
nostrum. **feriatertia. Officium.**

E Go clamaui quoniā exau-
disti me deus inclina aurē
tuā et exaudi verba mea
custodi me dñe vt pupillā oculi sub
vmbra alarū tuarū protege me. **S.**
Exaudi domine iusticiā meam: intēde

Deperationem meam. *Oratio*
 Audi nos oēs & misericors
 deus: & continentie salutaris pro
 picuus nobis dona cōcede. Per d.

Leccio libri regum. quart. liij.

Indicb3 illis. *U*lter que dā
 clamabat ad helyseū prophetam
 dicēs. Seruus tuus vir me? mor
 tuus est: et tu nosti quia seruus tu
 us fuit timens deū. Et ecce credi
 to: venit: vt tollat duos filios me
 os ad seruendū sibi. Cui dixit he
 lyzeus. Quid vis vt faciā tibi: Dic
 michi quid habes in domo tua: At
 illa respondit Non habeo ancilla
 tua quicq̄ in domo mea: nisi parū
 olei quo vngar. Cui ait. Uade et
 pte mutuo ab omnibus vicinis tu
 is vasa vacua nō pauca: et ingre
 dde et claude ostiū tuum cum in
 truserit fueris tu & filij tui: et mit
 te inde in oīa vasa hec et cū plena
 fuerit tolle s. Fuit itaq; mulier et
 clausit ostiū sup se et super filios
 suos. Illi offerebāt vasa et illa in
 fūdebat. Cūq; plena fuisset vasa:
 dixit ad filiū suū. Affer michi ad
 huc vas. Et ille respondit. Nō ha
 beo. Stetitq; oleū. Venit autem
 illa: et indicauit homi dei. Et ille.
 Uade inqt et vende oleū: et redde
 credito: tuo. Tu autē & filij tui vi
 uite de reliquo. *Offy.* Aboculis me
 is munda me dñe: et ab alienis parte ser
 uo tuo. *d.* Si mei non fuerint dñatice
 immaculatus ero et emūdabo: a delicto
 maximo. *Secundū matheum. xviij.*

In illo tempore. Respiciens
 iesus discipulos suos: dixit
 symoni petro. Si peccauerit in te

frater tuus vade et corripe cū in
 ter te et ipsum solum. Si te audie
 rit: lucratus eris frater tuum. Si
 autem non te audierit: adhibe te
 cum adhuc vñū vel duos vel oze
 duozū vel trium testium stet om
 ne verbum Quod si non audierit
 eos: dic ecclesie. Si autem ecclesi
 am nō audierit: sit tibi sicut ethni
 cus et publicanus. Amen dico vo
 bis: quecūq; alligaueritis super
 terram erunt ligata et in celo. Et
 quecūq; solueritis super terram:
 erunt soluta et in celo. Iterum di
 co vobis: quia si duo ex vobis con
 sēserint super terram: de omni re
 quācūq; petierint fiet illis a pa
 tre meo qui in celis est. Ubi enim
 sunt duo vel tres congregati in
 mie meo: ibi sū in medio eorum.
 Tūc accedens petrus ad eū dixit.
 Dñe quotiens peccabit in me fra
 ter me? et dimittā ei vsq; septies?
 Dixit illi iesus. Non dico tibi vsq;
 septies: sed vsq; septuagies septi
 es. *Offy.* Dextera dñi fecit virtutē dex
 tera domini exaltauit me. Non moriar
 sed vitam et narrabo opera dñi. *d.* In
 tribulatione mea inuocaui dominū et ex
 audiuit me in latitudine dñs adiutor: me
 us est. Non moriar. *Secreta.*

Per hec veiat que sumus dñe
 sacramenta nostre redēptio
 nis effectus: qui nos et ad huma
 nis retrahat se per excessibus: & ad
 salutaria cūcta perducatur. Per do.
 cō. Domine quis habitabit in taberna
 culo tuo aut quis requiescet in monte sū
 cto tuo qui ingreditur sine macula et ope
 ratu: iustitiam. *post communio.*

Seruis dñe miseris expiati:
Et veniã cõsequamur et gra
tiam. Per do. *Super populum*

Agnos dñe ptectione deffē
de et ab omi sēper iniquitate
custodi. Per. feria quarta. *Officiū.*

Ego autem speravi in dño
crultabo et letabo: in tua
misericordia quia respici
sti humilitatem meam. ps. In te
domine speravi non confundar in eter
num: in iusticia tua libera me. *Oratio.*

Resta nobis q̄s dñe vt saluta
ribus ieiunis cruditi: a no
stis quoq̄ vicis abstinetes: propi
ciatione tuã facilius ipetrenus.
Per dñm. *Lectionib; ex ord. vicelimo.*

Hec dicit dñs. Honorã patrē
tuũ & matrem tuã: vt sis lon
geus super terrã quam dñs de
us tuus dabit tibi. Non occides.
nō mechaberis. nō furtũ facies.
non loqueris contra proximũ tu
um falsum testimoniuũ. Non con
cupisces domum proximũ tuũ: nec
desiderabis uxore eius. non seruũ
nō ancillã / non bouẽ / non asinũ:
nec omnia que illius sũt. Cunctus
autem populus videbat voces et
lampades & sonitũ buccine: mon
tensq̄ fumãtem. Et perterriti ac
pauore concussi steterunt procul
dicentes moyse. Loquere tu nobis:
et audiemus. Non loquatur nobis
dominus: ne forte moriamur. Et
ait moyses ad populũ. Nolite ti
mere. Ut enĩ probaret vos venit
deus: et vt terroꝝ illius esset in vo
bis et nō peccaretis. Stetitq̄ po
pulus de lōge: moyses autē accessit

ad caliginẽ i qua erat deus. Dixitq̄
p̄terea dñs ad moysen. Hec di
ces filius israel. Vos vidistis q̄ de
celo locutus sum vobis: non facie
tis deos argenteos nec deos aure
os facietis vobis. Altare de terra
faciet: michi: et offeretis super eo
olocautã & pacificã vestra. Vnes
vestras et boues in o loco in quo
memoria fuerit nominis mei.

Gradale. Miserere michi domine quo
niam infirmus sum sana me domine. *h*
*Cantabata sunt omnia ossa mea et ani
ma mea turbata est valde. Secidum*

In illo tempore. *marthem. xv.*
Rec. Accesserunt ad iesum ab
hierosolimis scribe et pharisei di
centes. Quare discipuli tui trans
grediuntur traditiones sc̄mõũ:
Non enim lauant manus suas:
cum panẽ manducant. Ipse autē
respõdens ait illis. Quare et vos
transgredimini mandatum dei:
p̄pter traditionẽ vestram? Nã
deus dixit. Honorã patrem & ma
trem: et qui inaledixit patri vel
matri morte moriatur. Vos autē
dicitis: quicumq̄ dixerit patri vel
matri munus quodcumq̄ est ex me
tibi proderit: et non honorificabit
patrem suũ / aut matrem suam: et
irritum fecistis mandatũ dei pro
pter traditionẽ vestra. Hypocrite
bene prophetauit de vobis isa yas
dicẽs. Populus hic labiis me hono
rat: cor autē eorum lōge est a me.
Sine causa autē colunt me: docen
tes doctrinas et mandata hoĩm.
Et euocatis ad se turbis. Dixit eis
Audite: et intelligite. Non quod

intrat i os coinquinat hominem:
sed quod procedit ex ore: hoc con-
quinat hominē. Tūc accedentes:
discipuli eius dixerunt ei. Scis qz
pharisei audito hoc verbo scanda-
lizati sūt: At ille respondens ait.
Omni plantatio quā non planta
uit pater meus celestis eradicabi-
tur. Sinite illos: ceci sūt duccs ce-
cozum Cecus autē si ceco ducatū
prestat: ambo i foueam cadūt. Re-
spondēs autē petrus: dixit ei. Edif-
sere nobis: parabolā istam. At ille
dixit. Adhuc et vos sine intellectu
estis. Nun itelligitis quia omne
quod in os itat in vētrē vadit
et in secessum emittitur: Que au-
tē procedūt de ore. de corde creūt:
et ea coinquināt hominē. De corde
enī creunt cogitationes male:
homicidia, adulteria, fornicatio-
nes, furta, falsa testimonia, blas-
phemie. Hec sūt: que coinquināt
hominē. Non lotis aut manibus
māducare: nō coinquinat hoīem.
Offy. Domine fac mecum misericordi-
am tuam propter nomen tuū quia sua-
vis est misericordia tua. V. Locuti sunt
aduersum me lingua dolosa et sermoni-
bus odij circumderunt me et expugna-
uerūt me gratis. Or. suauis. Secreta.

Suscipe domine q̄sumus pre-
ces populi tui cū oblationi-
bus hostiarū: et tua misteria cele-
brazantes ab omnibus nos defende
periculis. Per. d. Cō. Notas michi fe-
cisti vias vite adimplebis me letitiā cum
vultu tuo domine. Postcommunio.

Sanctificet nos q̄s domine qua
pasci sumus: mensa celestis:

et a cūctis erroribus expiatus / sit
pernis promissionibus reddat ac-
ceptos. Per dñm. Super populum

Quoniam deus omnipotēs deus.
ut qui protectionis tue gra-
tiā querim?: liberati a malis omi-
bus securā tibi mente seruiamus
Per dñm. feria quinta. Officium

Salus populi ego sum di-
xit dñs de quacūqz tribu
latione clamauerint ad
me exaudiam eos et ero illorū do-
minus in perpetuū. ps. Accedite po-
pule meus legem meam: inclinate aurē
vestram in verba oris mei. Oratio.

Quoniam deus om̄is deus. ut te
iuniorū nobis facta deuotio
et purificationē tribuat: et mate-
stati tue nos reddat acceptos. per
dñm. Lectio hieremie prophete. vii.

In diebus illis. factū est ver-
bum dñi ad me dicens. Sta in
porta domus dñi et predica ibi ver-
bū istud et dic. Audite verbū dñi
ois iuda qui ingredimini per por-
tas has: ut adoretis dñm. Hec di-
xit dñs exercitūū: deus israel. Vo-
nas facite vias vestras et studia.
vestra: et habitabo vobiscum illo
isto. Nolite cōfidere i verbis men-
daci: dicentes. Tēplum dñi, tē-
plū dñi, tēplum dñi est. Quā si ve-
ne dixeritis vias vras et studia
vestra: si feceritis iudiciū inter vi-
rū et proximū eius: aduene et pu-
pillo: et vidue nō feceritis calūni-
am: nec sāguinē innocētē effude-
ritis in loco hoc: et post deos alie-
nos non ābulaueritis in malū vo-
biscum: habitabo vobiscum in
fuij

loco isto i terra qua dedi patribus
vestris: a secundo et usque in seculum.
Dicit dominus: opus. *Ex.* Oculi omni in te
spiciunt dominus et tu das illis etiam in tempore
opposito. *h.* Aperis tu manus tuas et im-
ples osse aial benedictiones. *S. iohane vj.*

Illotempore. Dixit iesus
ad turbas: que venerant ad
eum. Operamini non cibum qui pe-
rit: sed qui permanet in vitam eter-
nam: quam filius hominis dabit vo-
bis. Hunc enim pater signavit de-
us. Dixerunt ergo ad eum. Quid fa-
ciemus: ut operemur opera dei?
Respondit iesus et dixit eis. Hoc
est opus dei: ut credatis in eum quem
misit ille. Dixerunt ergo ei. Quod
ergo tu facis signum: ut videamus et
credamus tibi: Quid operaris? Pa-
tres nostri manducaverunt man-
na in deserto: sicut scriptum est. Pa-
nem de celo dedit eis manducare.
Dixit ergo eis iesus. Amen amen
dico vobis: non moyses dedit vo-
bis panem de celo: sed pater me-
us dat vobis panem de celo verum
Panis enim dei est qui descendit
de celo: et dat vitam mundo. Di-
xerunt ergo ad eum. Domine: sem-
per da nobis panem hunc. Dixit au-
tem eis iesus. Ego sum panis vite.
Qui venit ad me: non esuriat. Et
qui credit in me: non sitiet unquam.
Officium. Si ambulavero in medio tribu-
lationis visitabis me domine et super iram
inimicorum meorum extendes manus tuas
et saluum me fecit dextera tua. *h.* In qua
cumq; die inuocauero te exaudi me domi-
ne multiplicabis in anima mea virtutem
tuam. Et saluum me

Feria sexta. *Ad lectam.* misse-
re: ut sepe tibi expectans defera-
mus obsequium. *Per d. Celio.* Tu
mandasti mandata tua custodiri nimis
utina dirigantur vir mee ad custodienda
iustificationes tuas. *Postcolo.*

Sacramenti tui domine veneranda
perceptio: et misse nos mis-
det effectu: et perpetua virtute de-
ferat. *Per. dñm.* Super populum.
Ubi ceterum tibi populum que-
sumus domine propiciatio cele-
stis applicet: et tuis faciat sepe
obedire mandatis. *Per dominum.*

Feria sexta. *Introitus.*
Accum domine signum in bo-
no ut videat qui me ode-
runt et confundantur: quoniam tu domine
a dimisti me et consolatus es me
filius. Inclina domine aurem tuam et exaudi me
quoniam inops et pauper sum ego. *Oratio.*

Item. *Oratio.*
Cuncta nostra consumus domine
benigno fauore plequere.
ut sicut ab alimentis abstinemus
in corpore: ita a viciis iciumemus
in mente. *Per. dñm.*

Item. *Oratio.*
In diebus illis Conuenerunt
filij israel ad moysen et aaron et ver-
si in seditionem dixerunt. Da nobis
aquam: ut bibamus. Ingressusque
moyses et aaron dimissa multitu-
dine ante tabernaculum sederunt: co-
tueruntque prope in terram: clamave-
runtque ad dominum atque dixerunt. Do-
mine deus exaudi clamorem popu-
li huius: et aperi eis thesaurum tuum
fontem aque vite: ut satiati cesset
murmuratio eorum. Et apparuit
gloria domini super eos: locutusque est

Secreta.

dfis ad moyses dicens. **Tolle virgā et cōgrega populū tuū & aaron frater tuus: & loquū in ad petram corā eis/et illa dabit aquas.** Cūq; eduxeris aquā de petra: bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tu lit igitur moyses virgā que erat in conspectu dñi: sicut p̄ceperat ei. congregataq; multitudine ante petram dixit eis. **Audite rebelles & increduli.** Nun de petra hac vobis aquam poterimus elicere? Cūq; eleuasset moyses manum percussit virgā bis silice: egressę sunt aque largissime: ita vt populus biberet et iumenta. Dixitq; dñs ad moysē et aaron. Quia nō credidistis michi vt sanctificaretis me corā filiis israel: non intro ductis hos populos in terrā quā dabo eis. **Hec est aqua cōtradictionis: vbi iurgati sūt filij israel contra dominū: et sanctificatus est in eis.** **Ex.** In deo sperauit cor meum et adiutus sum et resposiuit caro mea et ex voluntate mea confitebor illi. **h.** Ad te domine clamabo deus meus ne silēas ne diſcedas a me. **Secundū iohannē quarto.**

In illo tempore. **Venit iesus in ciuitatem samarie que dicitur iacob: iuxta p̄cedū quod dedit iacob ioseph filio suo.** Erat autem ibi fons iacob. **Iesus autem fatigatus ex itinere: sedebat sic supra fontem.** Hora erat quasi sexta. **Venit mulier de samaria: haurire aquam.** Dixit ei iesus. **Da michi bibere.** Discipuli enim eius abierāt in ciuitatem vt cibos emerēt. **Dixit ergo ei mulier illa samaritana**

Quomodo tu iudeus cum sis: bibere a me possis que sum mulier samaritana: **Non enim conuertuntur iudei: samaritani.** Respondit iesus. **et dixit ei.** Si scires donū dei: & q̄s est qui dixit tibi da michi bibere: tu forsitan petisses ab eo: et dedisset tibi aquam viuam. **Dixit ei mulier.** Domine, neq; in quo haurias habes: & puteus altus est. **Unde ergo habes aquam viuā? Nunquid tu maior es patre nostro iacob: qui dedit nobis puteum/ et ipse ex eo bibit/ et filij eius/ & pecora eius?** Respondit iesus et dixit ei. **Omnis qui bibit ex aqua hac: sitiet iterū. Qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei: nō sitiet in eternum.** Sed aqua quam ego dabo ei: fiet in eo fons aque salientis in vitam eternam. **Dixit ad eū mulier.** Domine: da michi hęc aquā: vt non sitiam neq; veniā huc haurire. **Dixit ei iesus.** Uade voca viros tuos: et veni huc. **Respondit mulier: et dixit.** Non habeo viros. **Dixit ei iesus.** Bene dixisti: quia non habeo viros. **Quinq; enim viros habuisti: et nūc quem habes non est tuus vir.** **Hoc vere dixisti.** **Dixit ei mulier.** Dñe: video quia propheta es tu. **Patres nr̄i in monte hoc adorauerūt: et vos dicitis quia hierosolimis est locus vbi adorare oportet.** **Dixit ei iesus.** Mulier crede michi: quia veniet hora quando neq; in monte hoc: neq; in hierosolimis adorabitis patrem. **Uos adoratis quod nescitis: nos adoramus: quod sciimus: quia salus est: et iustus est.** **Sed**

venit hora et nūc est: quando veri
adoratores adorabūt patrē: in spi
ritu et veritate. Nā et pater talcs
querit: qui adorēt eum. Spūs est
deus: et eos qui adorāt eū: in spi
ritu et veritate oportet adorare. Di
xit ei mulier. Scio qz messias ve
nit: qui dicitur x̄ps. Cū ergo vene
rit: ille nobis annūciabit oīa. Di
xit ei iesus. Ego sū: qui loquor: te
cū. Et continuo venerūt discipu
li eius ⁊ mirabātur qz cū muliere
loquebāt. Nemo tamē dixit quid
queris: aut quid loqueris cum ea
Reliquit ergo ydriā suā mulier:
et abiit in ciuitatē et dixit illis ho
minibus. Venite et videte homi
nem: qui dixit michi oīa quecūqz
fecit. Nunquid ipse est x̄ps: Erie
runt de ciuitate: ⁊ veniebāt ad eū
Interea rogabant eū discipuli di
centes. Rabbi māduca. Ille autē
dixit eis. Ego cibū habeo mandu
care: quē vobis nescitis. Dicebāt
ergo discipuli adiuuicē. Nūquid
aliquis attulit ei manducare: Di
xit eis iesus. Meus cibus est vt fa
ciam volūtātē eius qui misit me:
vt perficiā opus eius. Nōne vos
dicitis qz adhuc quattuor menses
sūt: et messis venit. Ecce dico vo
bis: leuate oculos vestros et vide
te regiōes qz albe sūt iam ad mes
sem. Et qm̄ erit mercedem accipit
et cōgregat fructū in vitam eter
nam: vt ⁊ qui seminat simul gau
deat: et qz metit. In hoc enī est ver
bum verū: quia alius est qui semi
nat et alius est qui metit. Ego mi
si vos metere: qz vos non laboza

stis: alij labozaucrunt et vos in la
bores eoz introistis. Et ciuitate au
tē illa multi crediderūt i eū sama
ritanoz p̄pter verbū mulieris
testimoniū phibentis qz dixit mi
chi oīa quecūqz feci. Cū venisset er
go ad illū samaritanū: rogauerūt
eū vt ibi maneret. Et manit ibi
duos dies. Et multiplices credi
derūt: p̄pter sermonē eius. Et
mulieri dicebāt: qz iā nō p̄pter
tuā loquelam credimus. Ip̄s enī
audiuimus ⁊ scimus: qz hic est ve
re saluator: mūdi. *Oratio.* Intende vo
ci orationis mee rex meus et deus meus
qm̄ ad te orabo dñe. *V.* Verba mea auri
bus percipe dñe itellige clamorē meum
et exaudi me. *Quoniam.* *Secreta.*

Respice dñe p̄picius ad mu
nera que sacramus: vt et tibi
sint grata et nobis salutaria sem
per existant. *Per. Communio.* Qui
biberit aquam quā ego dabo ei dicit do
minus samaritanē: fiet in eo fons aque
salientis in vitam eternam. *Postō.*

Natus nos domine perceptio
sacramenti mundet a crimi
ne: et ad celestia regna perducatur.

Resta *Per Super populum.*
Quæsumus ops deus. vt qui
in tua protectione cōfidimus: cū
cta nobis aduersaria te adiuuāte
vincamus. *Per. Sabbato. Officiū.*

Verba mea auribus perci
pe domine itellige clamo
rem meum intende voci
orationis mee. *Psalmus. Rex meus
et deus meus. Gloria. Oratio.*

Resta q̄s omnipotēs deus. vt
qui se affligēdo carnē ab ali

mentis abstinent: scetando iusticiam a culpa ciuinet. Per Danie

Indicibus / *(his prophete / xlii.)*
 Illis. Erat vir in babilone: et nomen e^s ioachim: et accepit vromem nomine susannā filiā helchie pulchā nimis: et timentē deum. Parentes enim illus cū essēt iusti: crudierūt filiā suā secundū legem moysi. Erat autē ioachim diues valde: et erat ei pomeriū vicinū domui sue. Et ad ipsū cōstuebant iudei co q^o esset honorabilioꝝ omnium. Et constituti sunt duo senes iudices i anno illo. de quibus locutus est dñs: q^o egressa est iniquitas de babilone a senio: ibi iudicibus q^o videbātur regere populum. Isti se requētabant domū ioachim: et veniebāt ad eos omēs qui habebāt iudicia. Cū autē populus reuertisset post meridiē: ingrediebatur susanna et deambulabat i pomerio viri sui. Et videbant eā senes quotidiē ingredientē ⁊ deambulantē: et exarserunt in concupiscentiā eius. Et auerterūt sensū suū: et declinauerūt oculos suos vt non viderent celū: neq^o recordaretur iudicioꝝ iustoiꝝ. factū est autē cū obseruarēt diem aptū quando eā possent inuenire solā: ingressa est aliquando sicut heri: et nudiuerserit cum duabus foliis puellis: voluitq^o lauari i pomerio (Estus quippe erat) Et nō erat ibi quisq^o p̄ter duos senes absconditos: contemplantēs eam. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleū et sinigmata: et ostia pome-

rij claudite vt lauet. Cum autem egressa essent puella surrexerunt duo senes et accurrerunt ad eam et dixerunt. Ecce hostia pomerij clausa sunt: et nemo nos videt. Quamobrem assentire nobis: et committere nobiscū. Quod si nolueris, dicemus testimonium contra te: q^o fuerit tecū iuuenis. et ob hanc causā emiseris puellas a te. Ingenuit susanna: et ait. Angustie michi sunt vndiq^o. Si enī hoc egero: mors michi est. Si autē nō egero: nō effugiā manus vestras. Sed mel⁹ est michi absq^o opere incidere in manus vestras: q^o peccare in cōspectu dñi. Et exclamauit voce magna susanna: et clamauerūt autē et senes aduersus eam. Cū autē audisset clamorē i pomerio famulū i domo: irrurūt i posticū vt dicerēt q^o dñā esset. Postq^o autē senes locuti sunt: erubuerūt serui vehemēter: quia nūq^o dicit^o fuerat sermo huiusmodi de susanna. Et facta est dies crastina. Cūq^o venisset ppl̄s ad virū eius ioachim: venērūt ⁊ duo presbyteri pleni siqua cogitatioē aduer⁹ susannā. vt interficerēt eam. Et dixerūt corā populo mittite ad susannam filiā helchie vromem ioachim. Et statim miserunt. Et venit cū parentibus et filiis et vniuersis cognatis suis. Stabant igitur sur: et oēs qui nouerant eā. Cōsurgentes autē duo presbyteri i medio populi posuerunt manus suas super caput eius. Que stens susperat ad celū. Erat enim cor eius

fiduciam habens in dño. Et dixerunt presbyteri. Cū deambularem in pomerio soli: ingressa est hec cum duabus puellis / et clausit hostiū pomerij / et dimisit puellas a se. Uenitq; ad eā adolescens qui erat absconditus et concubuit cum ea. Porro nos cū essemus in angulo pomerij videntes inquitatem cucurimus ad eos: et vidimus eos pariter cōmisceri. Et illud quidē non quiuimus p̄phēder: q; fortio; nobis erat. Et apertō hostiū exiuit. Hanc autē cū apprehēdissemus interrogauimus quisnā esset adolescens: et noluit indicare nobis. Huius rei: testes sumus. Credidit eis multitudo: quasi senibus populi ⁊ iudicibus: et condēnauerūt eam ad mortē. Exclamauit autē voce magna salana: et dixit. Deus eterne qui absconditor es cognitor: q; nostri omnia anteq̄ fiāt: tu scis qm̄ falsum contra me tulerūt testimonium. Et ecce mortio; cū nichil horū fecerim que isti maliciose cōposuerūt aduersū me. Fraudauit autē dñs vocē eius. Cūq; duceret ad mortem: suscitauit dñs sp̄m pueri iunioris / cui nomē daniel. Et exclamauit voce magna. Quidus ego sū a sanguine huius. Et reuersus omnis populus ad eū: dixit. Quis est sermo iste: quē tulocutus es: Qui cū staret in medio eorū: dixit. Sic fatui filij israel nō iudicātes / neq; quod verū est cognoscētes: condēnasti filia israel. Reuertimini ad iudiciū: quia falsum testi-

monium locuti sunt aduersus eā. Reuersus est ergo populus cū festinatione: et dixit ad eos daniel. Separate eos ab inuicē: procul: et diiudicabo eos. Cū ergo diuisi essent alter ab altero: vocauit vnū de eis ⁊ dixit ad eum. Inueterate dierum malozum nūc uenerunt peccata tua q̄ operabar: prius iudicans iudicia iniusta. innocētes opprimēs / et dimittēs noxios. Dicente dño. Innocētē et iustū nō interficies. Nūc ergo si vidisti eā dic sub qua arboze uideris eos colloquētes sibi. Qui ait. Sub cyno. Dixit autē daniel. Recte mētibus es: in caput tuū. Ecce enim angelus dñi accepta sentētia ab eo scidet te mediū. Et amoto eo. iussit uenire alterum: et dixit ei. Semē chanaā et non iuda: species de cepit te: et concupiscentia subuertit cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: ⁊ ille timentes loquebātur uobis. Sed nō filia iuda: sustinuit iniquitatē uestrā. Nunc ergo dic michi sub qua arboze comprehēderis eos: loquentes sibi. q; ait. Sub pyro. Dixit autē ei daniel. Recte mentitus es et tur in caput tuum. Hanc et enī angelus dei gladium habēs: ut secet te mediū / et interficiat uos. Exclamauit itaq; omnis cetus: uoce magna / et bene dixerūt deum qui saluat sperātes in se. Et confluxerūt aduersus duos presbyteros (cōiurauerat enī eos daniel eorū suo falsū dixisse testimonium) feceruntq; eis sicut male egerant aduersus p̄p̄ri-

nam: et interfecerunt eos. Et saluatus est sarguis in orius: i die illa. *Ex. Si ambulem in medio umbre mortis non timebo mala quonia tu mecum es dñe. Ps. Virga tua et baculus tuus ipse me consolatus sūt. Ps. Iohannē. viij.*

In illo tpe. Perrexit iesus in montē oliueti: ⁊ diluculo iterū venit in tēplū. Et oīs populus venit ad eū: et sedēs docebat eos. Adducunt autē scribe et pharisei mulierē in adulterio deprehensā: et statuerūt eā in medio: et dixerūt ei. Magister hec mulier modo deprehēsa est in adulterio. In lege autē moyses mādauit nobis: huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec autē dicebāt tentantes eū: vt possēt accusare eū. Iesus autē inclinans se deorsū digito scribebat in terra. Cū autē perseuerarēt interrogātes eū: et dixit eis Qui sine peccō est vestrū: primus in illā lapidē mittat. Et iterū se inclinās: scribebat in terra. Audiētes autē vnus post vnū eribant: incipiētes a senioribus. Et remāsit solus iesus: ⁊ mulier in medio stans. Erigens autem se iesus: dixit ei. Mulier: vbi sūt qui te accusabāt? Nemo te condēnauit. Que dixit? Nemo dñe. Dixit autē ei iel. Nec ego te condēnaabo. Uade: ⁊ iā amplius noli peccare. *Offic. S. Iesus moos dirigit dñe seclioā eloquiū tui. Et non dñetur oīs iniusticia dñe. S. Declaratio sermōis tuorū illuminat me et in collectum dat paruulis. Ut. Secreta.*

Quoniam deus omnipotens deus: vt huius sacrificij munus

oblatum. fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et nuntiat. Prefatio. Qui corporali.

Communio. Nemo te condēnauit mulier nemo tonine nec ego te condēnaabo iam amplius noli peccare. *Postcommunio.*

Quesumus oīs deus: vt iter eius mēbra numeremur: cuius corpori comunicamus et sanguini. Qui tecū. Super populum.

Retē de dñe fidelibz huius dēretetā celestī auribz: vt et te toto corde perquirant. et q̄ digne postulat cōsequi mereant. Per. Dñica quarta quadagesime. *Officium.*

Etate hierusalem et conuentum facite oēs qui diligitis eam gaudete cum leticia qui in tristitia fuistis vt exultetis et satiemini ab vberibz cōsolationis vestre. S. Zelatus sum in diebus que dicta sunt michi: in domū domini ibimus. Non dicitur. Gloria in excelsis.

Quoniam deus: vt qui ex merito nre actionis affligimur: tue gratie consolatione respiciamus.

Rorate celi desup et nubes
pluāt iustū aperiatu ter-
ra et germinet saluatoz. *Ps.* Et in
sticia oriatur simul, rego dñs creauit eum
Non dicitur gloria in excelsis. *Or.*

Deus qui de beate marie vir-
ginis utero verbū tuū ange-
lo nunciāte carnē suscipere volui-
st: presta supplicibus tuis. vt q̄ ve-
re cam dei genitricē credim⁹: eius
ap̄ te intercessionib; diuuenur.
Per. *Ilape prophete septimo captulo.*

In diebus illis: Locutus est
dominus ad achāz dicens.
Petec tibi signum a dño deo tuo:
in profundum inferni: siue in ex-
cellsum supra. Et dixit achā. Non
petam: et non tentabo dominū.
Et dixit. Audite ergo domus da-
uid. Nunquid parū vobis est mo-
lestos esse hominib; quia molesti

estis et deo meo? Propter hoc dabit dñs ipse vobis signū. Ecce virgo concipiet et pariet filium & vocabitur nomen eius enmanuel. Butyrum et mel comedet vt sciatur at reprobare malum et eligere bonum. **S**ecundale. Tollite portas principes vestras & eleuamini porte eternas et introibit rex glorie. **H.** Quis ascendet in montē dñi aut quis stabit in loco sancto eius: in oēs manus et mīdo corde Alleluia. **H.** Ostende nobis viam tuam et salutare tuum da nobis. **S**equētia.

Mihus gabriel de celis sibi haec uolens cum beata uirgine. Verbum bonum et suauē pandit intus in cōclauē et ex eua formans aue eue uerbo nomine Consequenter iurata pactum ad est uerbum caro factum semper tamē est intactum puellare gremium. Patrem pariens ignorat et quam homo nō deflorat nec torquetur nec laborat / quando parit filium. Signum autem diuinitatis crede solum et est satis / non est tue facultatis / soluere corrigiam. Grande signum et in ligno est in tubo et in igne ne appropiet indigne calcatus quisquam. Uirga sicca sine rore nouo tibi nouo more fructum protulit cū flore sic et uirgo peperit. Benedictus talis fructus fructus gaudij nō luctus non erit adam seductus sicut hoc gustauerit. Iesus pius iesus bonus pie matris pium ortus cuius est in celo thronus nascitur in stabulo. Qui sic est p nobis natus nostros delectat reat? quia no-

ster incolatus hic est in periculo. **Amen.** Secundum lucam primo cap. **I**n illo tēpore: Misus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee: cui nomen nazareth ad uirginem desponsatam uiro / cui nomen erat ioseph de domo dauid. Et ingressus angelus ad eam: dixit. Aue gratia plena dñs tecum: benedicta tu in mulieribus. Aue cum audisset turbata est i sermone eius: et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. **N**ec timeas maria: inuenisti gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium: et uocabis nomen eius iesum. Hic erit inagnus: & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi dñs sedem dauid patris eius: et regnabit in domo iacob in eternum: & regni eius nō erit finis. Dixit autē maria ad angelum. Quomodo fiet istud: quoniam uirum nō cognosco? Et respondens angelus: dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: & uirtus altissimi obduabit tibi. Ideo & quod nascetur ex te sanctum: uocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua: & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensus est sextus illi: que uocatur sterilis: quia nō erit impossibile apud deum omne uerbum. Dixit autē maria. Ecce ancilla domini: fiat michi secundū uerbum tuum. **Ostēdit** Aue maria gratia plena dñs tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui. **S** Secreta

tratrix. Gaude virgo puerpera cuius
drum lactant vbera humana
natum in carne tenera. Gaude p
les dauidica qua saluatur plebs in
raelitica porta nobis aperietur ce
lica. Gaude mitis gaude pia. Ope
cuius sceleratis venia. Et beatis
cōfērtur p̄mia. Gaude de qua
sunt gaudia de qua nostra leticia.
M̄ris stella dei cella p̄o nobis in
terpella. Amen. ¶ Item p̄o dicta die
dominica. Alleluya. ḡ. Virga pelle flo
ruit virgo deum et hominē genuit pacē
dens reddidit in se recōmissōs p̄na s̄imis

Alle maria gratia. ¶ Sequētia.
Plena dñs tecum virgo serē
na benedicta tu in mulieribus.
Que peperisti pacem hominibz
angelis gloriā. Et benedictus
fructus ventris tui. Qui cohere
des vt essem? tui nos fecit per gra
tiam. Per hoc autem aue inundo
tam sua aue cōtra carnis iura. Ge
nuisti p̄olem nouū stella solē no
ua genitura. Tu parui et magni
leonis? agni saluatoris ch̄isti tē
plum extitisti sed virgo intacta.
Tu rosis et flozis panis et pasto
ris virginum regina rosa sine spi
na genitrix es sc̄a. Tu cuius as re
gis iusticie. Tu mater es miseri
cordie. De lacu fecis et miserie.
Theophilum reformans gratie.
Te collaudat celestis curia. Tu
mater es regis et filia. Per te reis
donatur venia. Per te iustus for
matur gratia. Ergo maris stella
verbi dei cella et solis auroza. Pa
radysi porta per quam lux est or
ta natum tuum oza. Ut nos lauet

a peccatis et in regno claritatis /
quo lux luget sedula / collocet per
secula. Amen. ¶ Offertorium. Beata
es virgo maria q̄ dñm portasti creatorē
mundi genuisti qui te fecit et in eternis
permanes virgo. Cōmunio. Alma dei
genitrix succurre p̄ccatibz clici; nos quo
q̄ vna precamur supplices de tuis p̄cci
bis adiuci laudemus trinitatem. ¶ Fe
ria secunda. Alleluya. ḡ. Beatus venet
qui te portauit et beata vbera que te la
ctauerūt saluatorē regē celoz et dominū

Post partū virgo. ¶ Sequētia.
Maria. Dei genitrix fecunda.
Gratia tonantis plena aue terra
rum domina. Aue celozū regina.
Tibi ethera omniumq̄ sanctorū
turma d̄p̄onat symphonia. Cel
lus lumina. Atq̄ siluarum ne
moza resuscitent voce sua. Salue
parens incita. Felix puerpera.
Per te lux et veritas mundo est de
dita. Tu ch̄istum papilla lactasti
sacra certās virgo facta mater in
tacta. Unde nostris eya faue vo
tis domina ch̄isti interpella p̄o
salute humana. Per te mater abo
leri filozum flagitamus crimina
Postq̄ omnes introducti sempiter
na paradisi gaudia. Quo peccu
nis vite perfruamur gloria. Amē
¶ Offertorium. Oza p̄o populo interue
ni p̄o clero intercede p̄ deuoto semine
seru. Cōmunio. Vera fides geniti pur
gavit crimina mundi et tibi virginitas
inviolata manet. ¶ Feria tertia. Alle
luya. ḡ. Post partū virgo inuolata per
mansisti dei genitrix intercede p̄o nobis.

Sicut p̄atum pi. ¶ Sequētia
staturatur et ver verus flozi
C. iij.

bus. Mater dei figuratur mystice
 nominibus. Hec est nostra luna-
 mie nostra tympanustria. Qua vi-
 te vera vitis et cella vmaria. Hec
 est spōsa salomonis firmētatur
 femina. Quia vetusta pharaonis
 releuatur sarcina Hec lucerna pa-
 radysi ostium et ianua. Hec ver-
 uecis est occisi genitrix ingenua.
 Hec est scala qua descendit calcia-
 ta deitas Hec est lectus ad quod tē-
 dit nostre molis grauitas Hec est
 mūdi medicina mundi purgans
 solū. Hec est rosa sine spina casti-
 tatis lilū. Hec est turris quā val-
 lauit incorrupta firmitas. Hec ca-
 stellū qđ irauit sola verbe veritas
 Hec est circea fuscilla paruulū ex-
 cipiens. Hec patēs est puella sine
 pari patēs. Dicit natū maris stel-
 la vt sit nobis patēs. Amē. *Offy.*
 Felix namq; es sacra virgo maria et om-
 ni laude dignissima, quia ex te ortus est
 sol iusticie christus deus noster. *Cōmūio*
 Beata viscera marie virginis que por-
 tauerunt eterui patris filium. *¶ Feria*
 quarta. *Alleluia.* h. Ora pro nobis pia
 sigo maria ex qua christus natus est pro
 peccatoribz nostri miseris. *Sequētia.*
Hodiernē lux diei celebis in
 matris dei agitur memoria
 De cetero in hac die semper vir-
 ginis marie laudes et p̄conia.
 Omnis homo oī hoīa ipsa ora et i-
 ploja eius patrocina. Plalle psal-
 le nisi toto corde oris voce voto
 aue plena gratia. Aue dñā celoz
 inexpecta viri thoīum parens pa-
 ris nescia. fecit data sine viro ge-
 nūstimoze mīro genitrix filia.

florens ortus austro flante por-
 ta clausa post et ante via viris in-
 ua. Fula celi roze tellus fusu ge-
 deous bellus deitatus pluuia. Sal-
 ue splendor firmamenti tu caligi-
 nose menti desuper uradia. Pla-
 ca mare maris stella ne iri uoluat
 nos pcellas tēpctas obuia. Amē
Offy. Recordare virgo mater in cōspe-
 ctu dei vt loquaris pro nobis boni et vt
 auertis indignationem suam. *¶.* Ab-
 hac familia tu, p̄picia mater extima pel-
 le vitia. Aue maria plena gratia ferre-
 media reis inbia. Das i patria vite gau-
 dia, aue maria plena gratia pro quibus
 dulciter tu p̄conia. Laudes cum gratia
 suscipe pia aue maria plena gratia Vir-
 go mater a nobis alleluia. *Cōmūio.*
 Regina seculi fir matris sempiterna o-
 tomīna fidei saluatrice nos adiua ora pro
 nobis pia iesum tuū filiū vt nobis auri-
 um conferat dulcis maria alleluia.

¶ Feria quinta. *Alle.* h. Per te dei geni-
 trix est nobis vita p̄cta data que de celo
 suscepisti p̄le et mīro genuisti saluatoze

Virgo munda et sequētia.
 secūda pulchra super omnia.
 flagrans vltre vniuersa pigmē-
 ta et balsama. Pollens supra celi
 clara angeloz argumina. Audino-
 stra que dep̄mit tibi dor p̄cca-
 mina. Auset mēta et infestama-
 la tolle omnia Cōfer leta sine me-
 tha sacra p̄ce adiuua. Et possi-
 mus tecum leti possidere cēlica.
 Et cātare voce clara nato tuo p̄e-
 conia. *Offy.* O maria virgo pia geni-
 trix glorioza reop̄onia egrotoz medici-
 na tūdia de sperantiū cetera salus liquē-
 tium releuato nos a peccat / tibi sumi

lantibus impetra perennis loci felicitas
amē. **Cōio.** Regina inūdi dignissima
go maria perpetua itercede pro nostra pa
ce et salute que genuisti christū dñm sal
uatorē omnium. **¶ Feria sexta.** **Alli. v.**
Dulcis virgo dulcis mater dulcis ferēs
pōdera que sola fuisti digna portare re
gem celorum et dominū. **¶ Sequētia**

Uerbum bonū ⁊ suauē perfo
nitit conelauē virgo mater filia.
Per quod aue salutata mor con
cepit fecit data virgo stirpe dauid
nata iter spinas ihia. Aue ueri sa
lomonis mater bellus gedeonis
cuius magi tribus donis laudant
puerperiu. Aue solē genuisti aue
prolē protulisti mundo lapso con
tulisti uitam et imperiū. Aue spō
sa uerbi sūmi marī portus signū
dūmi aro matū uirga fumū ange
lorum domina. **Suppleam**⁹ nos
emenda cūmendatos nos cōmen
da tuo nato ad habenda sempitez
na gaudia. **Amē. Offertoriū.** Regi
na regi supplicia virgo dilectum obsecra
proleis parēs ipeta pectus tondeōs ⁊ ube
ra ad cāca patrocinia eorum in uirragia
repulsam nescit nimia sumi boni demē
tia. **Cōmūnio.** Ep̄a rosa sine spina pec
catorū in medicina pro nobis trēm iter
pella allelup̄a. **¶ Sabbato.** **Allelup̄a. v.**
Assuerū moderēs hēster iehonizata itā
regis tempores regali stirpe nata sac pa
ce propinata leticiam redire seruum po
mo ite diuinitus ad hęc data. **Allelup̄a.**
b. Salue mundi gaudium uirgo spes
sāctium puella sine pare rosa flos cōual
lium tu narous tū lūsi nobis auxiliare.
Allelup̄a. b̄. Antechonum trinitatis

miserorum miserata pia mater pietas
sis p nobis aduocata causā nostrę pau
peratis coram deo sustine et ueniam de
peccatis seruis tuis obtine. **Sequentia.**

Aue mundi spes maria / aue
mitis / aue pia / aue plena gra
tia. Aue uirgo singularis que per
ribum designaris nō passum in
cendia. Aue rosa speciosa / aue pes
se uirgula. Cuius fructus lacte pasci
luctus relaxauit uincula. Aue cu
ius uiscera / contra mortis fēdera
ediderunt filium. Aue carens si
mili / mundo diu flebili reparaisti
gaudium. Aue uirginū lucerna /
per quam fultit lux sup̄erna / his
quos umbra tenuit. Aue uirgo de
qua nasei / et de cuius lacte pasci
ret celorum uoluit. Aue gemma
celi luminarium. Aue sancti spiri
tus sacrarum. **¶ Quāmirabilis ⁊**
quāaudabilis est hęc uirginitas.
In qua per spiritum sanctum pa
ractum fultit fecit ditas. ¶ Quā
sancta quamserena quābenigna
q̄ amena esse uirgo creditur.
Per quam seruitus finitur portā
celi aperitur et libertas redditur.
De castitas hlium tuuz p̄ecare fi
lum qui salus est humilium. Ne
nos pro nostro uicio in flebili iudi
cio subiectat supplicio. ⁊ nos tua
sancta p̄ecet / mundans a peccati
sece. Colloce ⁊ i lucis domo. Amē
dicit omnis homo.

Benedicta **¶ Sequētia.**
Res celorum regina ⁊ mundi
totius domina ⁊ agris medicina.
Tu pelara maris stella uocaris q̄
sole in iusticie parisa quo illuārs.

Te deus pater vt dei mater fieres
et ipse frater cuius gras filia. Sã-
ctificauit sanctam seruauit & mit-
tens sic salutauit aue plena gratia
Per illud aue prolatum et tuũ re-
sponsum gratum est ex te verbuz
incarnatũ quo saluantur omnia
Nunc mater exoza natus vt no-
strum tollat reatum et regnũ des-
nobis paratum in celesti patria.

Amen. ¶ **Offy.** preter rerum seriem
parit deum hominẽ virgo mater nec vir-
tan gũt virgine nec prolis originẽ nouit
pater virtus sancti spiritus opus istud ce-
lestis operatur initus aut exitus partus
tui penitus quis scrutatur: dei puĩdẽtia
que disponit omnia tam suauẽ tua puer-
peria transtert in mysteria mater aue.
Alle cum tripudio solẽniq; gaudio. Vir-
ginis & filio nostro obsequio suo adiuto-
rio fulciamur proprio. Et vera armo-
nia dulciq; melodia pure cantem⁹ supra.
Comunio. Mediatrix sis p nobis in cõ-
spectu summi regis fac in veste nuptiali
nos cum sanctis collocari. Hic ordo ser-
uetur a purificatiõẽ usq; ad pascha in ol-
ibus. Excep̃to dum septuagesima inter-
uenerit loco de alla dicitur Tractus.

GAude maria virgo cunctas here-
ses sola interemisti. h. Que gabri-
elis archangeli dictis credidisti. h. Dum
virgo deum et hominem genuisti. h. Ihs
Et post partũ virgo inuolata perman-
sisti. h. Dei genitrix intercede pro nobis
Secundum lucam. xi. capitulo.

In illo tempore. Factum est
cuq; loqueretur iesus ad tur-
bas: extollẽs vocem quedam mu-
lier de turba dixit illi. Beatus vẽ-
ter quia postulat: & vbera que su-

risti. At ille dixit. Quintimo. Bea-
ti qui audiunt verbum dei: et cu-
stodiunt illud. Secundum lucã p̃io. e.

In illo tempore: Curritis
maria abiit in montana cũ
festinatione in ciuitatem iuda: et
intrauit in domum zacharie: & sa-
lutauit elizabeth. Et factũ & vt au-
diuit salutationẽ marie elizabeth
exultauit infans i vtero eius. Et re-
pleta est spiritu scõ elizabeth: et ex-
clamauit voce magna & dixit. Bẽ-
dicta tu inter mulieres: et bẽdicit⁹
fructus ventris tui. Et vnde hoc
michi: vt beiat mater dñi in me:
me: Ecce enim vt facta est vox sa-
lutationis tue i auribus meis: ex-
ultauit in gaudio infans in vtero
meo. Et beata que credidisti: quo-
niã perficiẽtur ea q̃ dicta sũt tibi
a domino. Et ait maria. Magni-
ficat: anima mea dominũ. Et ex-
ultauit spiritus meus: in deo salu-
tari meo. Offertoria. quere vt supra.

Ula domine pro **Secreta.**
piciatiõẽ et beate semper vir-
gini intercessionẽ: ad presentem
atq; perpetuam hęc oblatio nobis
proficiat prosperitatem & pacem
Per dominum nostrum. Communio.
quere vt supra. ¶ **Postcommunio**

Simpriis domine salutis no-
stre subsidijs, da quesumus
cuius nos patr ocinĩs vbiq; prote-
gi, in cuius vneratiõẽ hec tue ob-
tulimus maiestati. Per dominũ
nostrum iesum ch̃istũ filiũ tuũ.
Hic de beata maria. In tempore pas-
chali. Officium. Salue sancta pa-
rens eriga pueri peccata. Gloria in ex

cellis deo. Or. Deus qui de beate marie. Epytola. Ab initio et ante secula creata sū. Or. Benedicta et venerabilis. Et solum die pasche per oct. Alla. b. post partum. Ab oct. pasche blyz ad trinitatē dicuntur duo alla. videlicet post partum. Aliud de resurrectione v̄ de ascensione seu de p̄checoste. Sequētia

Uirginis marie laudes in o-
mnat̄ christiani. Eua tristis ab-
stulit sed maria protulit natū qui
redemit peccatores. Lux et virtus
modulo cōuenere mirādo marie
filii? regnat de? Dic nobis maria
virgo clemens et pia. Quomodo
facta es genitrix eū tu sis plasma
de te nascētis. Angel? est t̄ c̄lis ad
me missus celestis. Nat? est de me
sp̄s mea. sed incredula manet tu
dea. Credendū est magis soli ga-
bryeli foxti q̄ iudeoz̄ p̄aue coho-
ti Scimus christū p̄cessisse ex ma-
ria vere tu nobis nate rex misere-
re alla. Secundum iohannem. r̄c.

In illo t̄p̄e. Stabat iuxta cru-
cem iesu mater eius et soroz̄
marris eius maria cleophe. et ma-
ria magdalene. Cum vidisset er-
go iesus matrem et discipulū stā-
tem que diligebat. dixit matri sue
Mulier. ecce filius tuus. Deinde
dixit discipulo. Ecce mater tua.
Et ex illa hora. accepit eam disci-
pulus in suam. Oretorium. Ange-
lus dñi descendit de celo. et dixit mulieri-
bus quem queritis. sic dixit al-
lelupa. Oret. Regia celi letare allelupa.
q̄. que meruisti portare allelupa. resur-
rexit sicut dixit allelupa. oza. p̄ nobis de-
um alla. Secreta. In mēt̄ibz̄ nr̄is. r̄c.

Cōio. Aue regina celoz̄ mater regis an-
geloz̄ o maria flos virginum delit rosa
deliliū in fūde p̄ces ad filiū p̄o sa-
lute fidelium allelupa allelupa. postcō.
Gratiam tuam. Et per octabas pa-
sche blyz ad trinitatē omnia de i oct̄ fece
Allelupa. b̄. Angelus autem domini.
vt supra. Allelupa. b. post partum. Se-
quentia. Virginis marie laudes.
vt supra. Allelupa. b. post partum. Al-
lelupa. b. Ascendens christus in altum.
vt supra. vel alia de ascensione. scilicet.
Ascendit deus in iubilatione. In octabis
penthecostes. Allelupa. b. post partum
Allelupa. b. Emitte spiritum tuum. v̄
die penthecostes. Allelupa. b. paradit?
Quere supra. vel alia. Prefatio dicitur
secundum tempus. ¶ Atr̄nūate blyz
ad aduentum. Officium. Salute san-
cta patris. r̄c. Quando sit seruitium
noue lectioni de ipsa dicitur Glozia in
excellis. Oratio. Concede nos fa-
mulos. Epytola. Ab initio et ante
secula. r̄c. Gradale. Benedicta et veni.
Allelupa. b. post partum. Vel alia Se-
quentia. Una de beata maria. Quere in
fecius. Euangelium. Loquente iesu
ad turbas. Euangelium Erurgens
maria. r̄c. vt supra. Oretorium. fe-
lix namq̄ es. vel alia. Secreta. Tua
nos domine. Cōmunio. Beata v̄isco-
ra. Vel alia. postcōmunio. Sumptis
domine. r̄c. vt supra. Dicitur p̄fa-
tio de b̄ta maria in qualibet missa de ipsa
Et te in veneratione. et cetera. Vel
Et te in assumptione. et cetera. Vel
Et te in natiuitate. et cetera. et sic de
alijs secundum tempus. ¶ Sequētie
sequētie de beata virgine maria.

¶ Sequētia.

Ale mūdi gloria dgo mater
 amaria aue benignissima .
 Aue plena gratia angeloy donia
 aue p̄clarissima . Aue decus virgi
 nū aue salus hoīm aue potētissima .
 Aue mater dñi genitrix altissimi
 aue pudētissima . Aue mater gl̄e
 mater indulgētice aue beatissima
 Aue mater luis aue honoz ether̄
 aue portā celi aue serenissima .
 Aue cādēs ludiū aue opobalsamū
 aue fumi virgula aue splēdidissima
 Aue dulcis aue mitis aue pia aue
 lecta aue lucidissima . Aue portā a
 ue virga aue rubus aue tellus aue
 felicissima . Aue clara celi gemma
 aue alma p̄p̄ cella aue nobilitā .
 Aue virga p̄esse portā aue scala ce
 li facta aue venustissima . Aue str
 pe generosa aue ple gl̄osa aue fe
 tu gaudiosa aue honestissima . Aue
 decoz etnalis aue dulcoz salutaris
 aue decoz imoz talis aue amātissima
 Aue turtur tu q̄ mūda castitate ⁊
 fecūda caritate vt colūba aue pu
 dicissima . Aue mūdi ipe atrix aue
 nr̄amediatrix aue vite reparatrix
 aue nr̄em̄ gaudiū . Nūc ⁊ i p̄petuū
 Amē dicāt oīa allā . *(Alia prola.*
Arca sydera ad escēdit lux au
 rea virgis i greuū . Pctōnū
 abstulit tenebras ⁊ etulit miseris
 remediū . Curꝑ lucis radio illustra
 ta cōcio gaudet fideliū . Hec noua
 lux x̄p̄s est i mūdo q̄ natus est p̄ sa
 lute gentiū . Sic pater igenitus p̄
 missi diuinitus gabrielē nunciū .
 Aueniēt angelus ex te virgo filiꝑ
 nāscetur parꝑ gaudium vica salus
 oīm . Sunc viri coitu plena scōspū

cōcipies filiū qui saluabit populū
 Et hec audit virgo plaudit ⁊ fide
 li gabrielē verba reddidit dulcia .
 Aut illa sum ācilla regis huius defers
 cuius mādāta salubria . Et ācille
 mādāt ille siā partē oīs carēs iuga
 li copula . Ad hec verba non supba
 virgo prole stella solē floz ⁊ gignit
 virgula . Et maria sic est natꝑ rex
 mēllias appellatus quē nasciturꝑ
 cātica p̄dixerūt p̄phetica . Nobis
 ergo p̄ntatū vncemur regē na
 tum qui natus noua gaudia dedit
 renouās oīa . *(¶* maria vas pudoy
 nostri mater saluatoris die isto ie
 su x̄p̄o suos recōsilia . Ut quos ip̄e
 iā redemit ⁊ cruoz sacro emit p̄ce
 tua nos ad sua perducāt palatia .
 Hec det eius gratia q̄ regnat per
 secula . Amē dicāt oīa . *Alia sequētia*

Ale glorioz que p̄ro subli
 mioz tanto sis humilioz nos
 oīs humilia p̄sallentes voce pia
 maria beatioz vertutibz ditioz ar
 tibus perfectioz p̄fice nos i via
 viuamus in patria . Gratia fecūdi
 oꝝ dignitate dignoꝝ caritate cari
 oꝝ tua p̄ouidentia nostra dele vi
 cia . Plena pace purioz p̄e cum
 ctis p̄ccātioz auxilio fortioz nos
 reos lasciuia resoluē clemētia .
 Dominus potētioz terū est qui fā
 ctioz clarus ⁊ lucidoz suscipe p̄e
 conia mouentes armonia . Be
 nedicta celsioz angelis tu pulchri
 oꝝ super omnes potioz mulieres
 inclina / ad nostra suffragia . Et
 benedictus p̄ioz fructus / ac sa
 lubzioz ventris tui clarioz soleie
 sus domina dona nobis gaudia .

Virgo sciosior; virgib; purior; sap-
 phur; rutilior; cor; diu; su spicia pme
 celi curia. Sctā speciosior; maria
 splendidior; mat; mirabilior; deū p
 nob; or; a oi cū scis ho; a. ā. Alia pla-

Magnandū cōmencū virgini i
 gremiū dicitur. Et carnis cō
 nubū trāsit ad iperū pietat;. Na
 pso nāq; genere hūano p scelere
 matris eue. **M**issā ad hāc ppere ga
 bzic cū federe pōpsit aue. Auc in
 quit maria gratia plena dñs tecū
 Audi virgo regia nec sis dubia pa
 rics iclū. Rñdit hec quō fiet āgele
 di nā dicit; p; tūli. **E**ya fct hie amo
 dolcies nā virtus tibi vmbzabit al
 tissimū. At virgo cccē ācella dei fiat
 vt dixisti. **O** grāde verbū i illa qđ
 factū ē caro xpi. **M**or fiat vt iccpit
 verū deū xcept; x hoim. Quo qui
 cuā de cepit deceptū se pcept; pūgi
 nē. **O**bbū nectareū quo gignit v
 go. **S**o vgo qđ deū huic pferit mū
 do. Quātū decet venerari hū ana
 nec ligua fari nec āgelus sufficit.
 Ipsā tñ collaudātes p modulo et
 or; ātes dicit qđ; sicut scit. **A**ue v
 go vginū lumē gctās luminū a
 ue; gaudē. **P**laca nobis dñm ipos
 hostes hoim seruās a fraude. **A**mē

Mittit ad vginē. **P**la b; i aduētū
 nō quēuis āgelū sed fortitu
 dīnē suū archāgclū amato; hois.
 Fortē expedit; p nobis nū cū na
 ture faciat i pū dicitū i partu vgis
 Naturā superet natus rex glorie
 regnet et iperet et zima sco; ie tol
 lat de medio. **S**uperbientium te
 rat fastigia colla sublimiū calcās
 vi propria potens in p; elio. **E**xi q

mittetis hec dona dicere et vela de
 teris velam en lictere virtute nū
 cti. **F**oras cociat mundanū p
 cipem matrē; faciat secū parti
 cipem patris imperij. **A**ccede nū
 cia dic aue comin; dic plena gra
 tia dic tecum dñs; dic ne timeas
Virgo concipias dei depositū in
 quo perficias casta ppositum; x
 votum teneas. **A**udit et suscipit
 puella nunciū credit et concipit x
 parit filiū sed admirabilē. **C**onsi
 liariū humani generis et deū for
 tum et patrē posteris in fide sta
 bilem. **N**atura pmititur in par
 tu virgini; rex regū nascitur dñm
 celās numinis sed rector; superi.
Qui nobis tribuat peccatū veniā
 reat; diluat; x donet patriā in arce
 syderum. **A**mē. **S**equitur missa

deuotissima quinq; plagarum xristi.
Cui papa iohannes biceflimus secundus
 concessit tam audicibus p die; tibus ce
 tum dies indulgētie. **S**entus bonifac;
 papa celebrātib; deuote audientibus
 septimā partē penitentiar; et quadragi
 ca dies indulgentiar; x omniū venialiu;
 in domino relaxauit. **O**fficium.

Humiliauit semetipsū do
 min; deus noster. **E**t; xhi
 stus vlg; ad mo; tē mo; tē
 autem crucis p; opter quod et de
 us exaltauit illum et dedit illi no
 men quod est super omne nomē.
Po. **M**isericordias domini: in eternū can

Ocabo. **G**loria patri. **O**ratio.
Omnine tesu xriste fili dei vi
 ui; qui de celis ad terrā descendisti
 de sinu patris; x in ligno cruc; qn
 q; plagas sustinuit; et sanguinē

tuum in remissionē peccatorū no-
stroꝝ subditte suppliciter depre-
camur. vt in die iudicij ad dexterā
tuam audire mereamur illā dul-
cissimā vocē benedicti pa-
tris mei. Qui cū eodē patre ⁊ spū
sancto viuus ⁊ regnas deus in se-
cula seclorū. Amē. *L. zacharie. xij. ⁊ xiiij*

Hec dicit dñs. Effundā sup do-
mū dauid: et super habitan-
tes in hierusalē: spū gratie et mi-
serationis. Et aspicient in eū quē
crucifixerunt ⁊ plangent eū plā-
ctu quasi vni genitū ⁊ dolēbūe su-
per eū vt doleri solet in morte vni
geniti. Et illa die erit plangē? ma-
gnus in hierusalē. Et dicitur ei.
Que sunt iste plage in medio ma-
nuū tuarū. Et dicit: his plagis pla-
gatus sum i domo eorū qui dilige-
bant me. Framea suscitare super
pascuam meā: et super virum co-
herentē michi dicit dñs exercitūū
Percutiā pascuā: ⁊ dispergentur
oues gregis. Dicit dñs: oipotens
Ex. Impropetis expectauit cor meū et
miseria sustinui qui simul cōterāretur
et non fuit qui consolaretur me que-
siui et non inueni. Et dederūt in escā meā
fel et in siti mea potauerunt me aceto.
Alleluya. *h.* Ave rex noster tu solus no-
stros miseratus es errores. patri obedi-
ens vsq; ad mortem ductus es. vt agnō
manifestus ad occisionē tibi gloria. oīa
na / triumphus / et victoria tibi summo
laudis et honoris corona. Alla. *h.* Chri-
stus factus est pro nobis obediens vsq;
ad mortem: mortem autem crucis pro-
pter quod et deus exaltauit illum et de-
pic illi nomē quod est super omne nomē

Si lex vel xl. fuerit dicatur Tractus.
Ave iesu christi aperuit nobis ia-
nuā celi ceus soluit vinculū mortis
h. per hoc lignum vite signum sacri sa-
lucis nostre defende nos iesu christe. *h.*
Qui per crucem ⁊ sanguinem redemisti
nos auxiliare nobis. *h.* Saluator mūdi
salua nos omnes qui saluasti petrum in
mari miserere nobis. *¶ Prosa.*

Cenā cū discipulis christe cele-
brasti. Et mortē apostolis pa-
lam nunciasti Et auctore sceleris
iudam demonstrasti. Et egressus
p̄tinus oꝝtulum intrasti. Tunc p̄-
cides dñs humi se p̄trauit et trās
ferri calicē a se postulauit sed pa-
tris arbitrio illud emē? dauid Et ec-
ce mor̄ sanguinis sudor emanauit
Judas post hoc osculum oꝝi dedit
christi. ad quid inq̄t dñs amice ve-
nisti / nunc tu tradis osculo quē iā
vendidisti assistentes p̄tinus ire-
runt ministri. *h.* For̄ in hōnis itaq;
pro nunc ducebatur nulla p̄tinus
requies iesu p̄stebatur mistroꝝ
impia plebs iuriatur alapis ⁊ co-
laphis innocēs mactatur. Dū ie-
sum eripere pylatus conatur iude
oꝝum furia magis inflamatur et
tumultus populi in gens exercitaf.
plebifq; vox itonat vt crucifigaf.
Spilitibus traditur viculis artaf:
vndiq; verberib; corpus cruciaf /
caput regis glorie sp̄nus coronaf
postq; fletis genibus q̄lq; irritaf
Ecce caro tenera nostri saluatorq;
ad colūnā nequiter coartaf loꝝis:
et flagellis cedis ip̄i t̄oꝝis hunc
emanat̄ triuulū vndiq; cruozis p̄
b; bis in mediu iclus p̄ocedebat

crucis patibulū humerū ferebat ad fores ⁊ hostia ppl's fluebat eius q̄ cōfusio oibz patebat. Ad pudorē cumulū iesu ⁊ nudatē ⁊ ventis ac frigoꝝ nudus spoliaris inocēs cū ip̄s in cruce dānaris ⁊ quasi dur scelerū medio locaris. Tē sis ligno byrachyō in an̄o clauat⁹ ⁊ cruce carni cruces clauū applicat⁹ n̄ erui de ne sili modo lam̄ ant̄ plāte pedum manuū ferro pfoꝝatur. fūdūt riuos sāguis fōtes saluatoris ppet huc aia q̄s p̄ctōrē ⁊ hauriat q̄ppia sacraū liquorē quo frequēt̄ linit at vulnera doloris. Ad hūc ergo p̄peret fōtē redēptōis et flueſt̄ i ple at dīscera dolorē hauriēs q̄tū libet in corde dulcoris. Rogus iesu postea sitio dicebat acetūq̄ ptin⁹ felle gmiscebat ⁊ infusū spongie ozi porrigebat q̄s degustās paululū sumere nolebat. O iesu mirifice q̄d est q̄s agebas tu de siti ⁊ querēs in cruce ferebas nunq̄d hāc doloribus magis sentiebas credo in hoc salutē nostrā exp̄iebas. Uocē pro mēs vltimā patrē iuocasti sp̄m q̄s manibz ei⁹ cōmēdasti cū clamore valido tādē exp̄iasti sic salutē oibz dure s̄fū m̄asti. Cur ergo superbio tu humiliarē ego penas ppetro tu dure tractaris ego pomū moꝝdo tu felle potarē molliā desydero tu dure tractaris Demū cū valeat mēs vel ligua fari q̄tū h̄go creditur itus cruciari. vidēs nati dīscera lācea t̄mari eius v̄nigenitū in cruce leuari Corpus q̄dē moꝝtuū iā nil sc̄iebat latus eius lācea milles pfoꝝabat v̄n̄ aqua salutē ac sā-

guis fluebat quam fixā īfūj late re videbat. Ad hūc ergo p̄pera fōtem saluatorē vt flueſt̄ i pleas vīscera dulcoris aqua vite lauacruꝝ p̄cū cruoꝝis hic tui curatio pfluat lāguoꝝis. Amē. *Scōm iob. xij.*

In illo t̄p̄e. Scis iesu q̄z iā oia cōsumata erāt: vt s̄fū mareſ scriptura dixit. Sitio. Uas ergo positū erat: aceto plēnū. Illi autē spongiā plēnā aceto v̄sopo citū ponētes: obtulerūt ozi eius. Cum ergo accepisset iesus acetū: dixit. Consummatū est. Et icimato capite: tradidit spiritum. Iud̄i ergo quoniam parascēue erat iudeoꝝ: vt non remanerent corpoꝝa i cruce sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati) rogauerunt p̄platum vt frangerentur eoꝝ crura: et tollerentur. Venerunt ergo milites: et p̄imi quidē frēgerunt crura ⁊ alterius qui crucifixus est cum eo. Ad iesum autem cum venissent: vt viderūt eum iam moꝝtuū. non frēgerunt eius crura: sed vnus militū lancea latus eius aperuit: ⁊ continuo exiuit sāguis et aqua. Et qui vidit testimoniuꝝ p̄hibuit: et scimus quia verū est testimoniuꝝ eius. Credo in v̄nū. *Offertorium.* Insurrexerunt in me viri iniqui absq̄ misericordiā quesierunt me interficere et non pepercerunt in faciem meam conspuere ⁊ laqueos suis v̄l nerauerunt me et concussa sunt omnia ossa mea.

Dossa mea. *Secreta.* Omne iesu ch̄riste qui p̄ redēptione generis humani crucis lignū a sc̄disti. vt v̄niuerſo mūdo

O mnis sempiternae deus fac nos ita dñice passionis sacramenta peragere: vt indulgentiā percipere mereamur. *Per. / Cō. Letare mater nra qz dabit dñi capiti tuo augmenta gratiar et corona idcirco ptegete. / Postcō.*

P a q̄s omnipotens deus: vt q̄ in tot aduersis ex nostra infirmitate deficiamus: intercedēt filij tui passione respiremus. *Per.*

Incipit missa sponsalium. Officium
Benedicta sit sancta trinitas atq; idiuisa vnitas: cōsistebimur ei quia fecit nobiscū miam suam. *h. Benedicamus patri et filium: cū sancto spiritu. / Or.*

O mnis sempiternae deus qui dedisti famulis tuis in p̄fessione vere fidei eterne trinitatis glām agnoscere: et ipotētia maiestatis aduare vnitatē: q̄s/vt eiudē fidei firmitate ab oibus semp muniamur aduersis. *Per. Bñdictio.*

Eaudi nos ois et misericors deus. vt qd̄ nrō ministrat officio: tua bñdictione potius impleat. *Per. Ite due p̄cedentes or. f̄m̄iatur per vñs Per dñm. / Ad co: in thios p̄ime. vñ.*

Matres: Nescit qm̄ corpora vna mēbra sunt xpi: Collēs ergo mēbra xpi: faciā mēbra meretricis: Absit. An nescitis qm̄ qui adheret meretrici: vñū corp⁹ efficitur: Et tūc enī inqt̄ duo in carne vna. Qui autē adheret dño: vnus spūs est. Fugite fornicationē. De pctm̄ quocumq; fecerit hō: extra corp⁹ est. Qui autē fornicatur: in corp⁹ suū peccat. An nescitis qm̄ mēbra vestra tēplū est spūs sancti

qui in vobis est: quē habetis a deo et nō estis vñ: Empti ei estis scio magno: glorificate et portate deū in corpore vestro. */ Ex. Bñdictus es dñe qui itueris ab p̄slos et sedes sup cherubin. p. Bñdictus es dñe celi qz fecit nobiscū miam suā. Allā. p. Bñdictus es dñe de⁹ patrum nostror et laudabilis in secula. Secundum matheum. // xix.*

In illo t̄p̄e Accesserūt ad iessū pharisei tentātes eū et dicentes. Si licet hōi dimittere vxorē suā quacūq; ex causa: Qui respōdēs ait illis. Nō legit̄ qz qui fecit ab iūio masculum et femmā fecit eos: Et dixit. Propter hoc dimittet hō patrē et matrē: et adherēbit vxori suae. Et erūt duo in carne vna Itaq; iam nō sunt duo: s; vna caro. Qd̄ ergo deus iuruit: hō non separet. *Or. Bñdictus sit deus pater vni genitū: et filius sc̄tus quoq; spūs qz fecit nobiscū miam suam. / Secreta.*

Sanctifica q̄s dñice per tui sc̄ti nois inuocationē hui⁹ oblationis hostiā: et per eā nosmet ipsos tibi perfice mun⁹ eternum.

Ascipe dñe q̄s pro sacra et vbi lege mur⁹ oblati. vt cui⁹ largi to: es opis: disp̄sator: esse dignes *Per. f̄m̄iatur sub vno Per dñm. et ante orationē: Libera nos q̄s dñice pro sternantur sponsus et sponsa sub pallio. et dicatur submissē sequens ois sup eos bñs ad finem sine dñis vobiscum. Or.*

Ropiciat e dñe supplicationi bus nostris: et institutis tuis quibus propagationem humani generis ordinauit benign⁹ assistē. vt qd̄ te auctore iūgit: te auxiliante

seruetur. Per christum. Alia oratio
Deus qui potestate virtutis tuę
 de nichilo cuncta fecisti: qui di-
 spostis inueneruntis: ergo: digne huius
 ad imaginem dei facti: ideo insepa-
 rabile mulieris adiutorium condi-
 disti: ut femineo corpore: de virili
 daret carne: principium: doceret ut quod
 ex vno placuisset et instituit: nunquam he-
 ret distingi. Deo qui tantam excellentiam mi-
 sero: et uigale copulam consecrasti:
 in xpi et ecclesie sacramentum presen-
 gnantes in federe nuptiarum: Deo per
 quem mulier iungit viro: et societas
 principaliter ordinata ea benedicti-
 one donatur: quod sola nec per origi-
 nalis peccati pena nec per diluuium ab-
 lata est sententia: respice propitius
 super hanc famulam tuam que maritali
 iungenda est: et sortis: tuamque se erpe-
 tit protectione muniri. Sit in ea iugum
 dilectionis et pacis: fidelis et casta
 nubat in christo: imitatrixque sanctarum
 permaneat feminarum. Sit amabi-
 lis ut Rachel viro: sapienter ut rebe-
 ca: longeva et fidelis ut Sara. Nichil
 in ea ex actibus suis ille aucto: sua
 ricationis usurpet. nera fidei ma-
 datis permaneat in theodoro iuncta
 contactus illicitos fugiat. munitur
 infirmitate sua robore discipline.
 sit verecundia grauis: pudore vene-
 rabilis: doctrinis celestibus erudita
 Sit secunda in sobole: sit probata et
 innocens:ambo ad bonum requiescat
 atque ad celestia regna pueniant et
 videant filios filiorum suorum usque in ter-
 cia et quarta progenie: et ad operata
 preueniat senectute. Per christum deum
 nostrum. Amen. Deinde Libera nos

quesumus deus. etc. Agnus dei. hic
 accedat spiritus ad sacerdotem ut accipiat
 pacem ab eo et det vobis sue tantum moro.
 Cetero. Benedictus deum celi et terram
 omnibus virtutibus colitur: et quia
 fecit: nobiscum misericordiam. Post orationem.

Proficiat nobis ad salutem cor-
 poris et anime deus huius sa-
 cramenti susceptio: a sepe tunc sceler-
 tate: unitatis eiusdemque in diuina unita

Quesumus opus istius confessionis.
 Deus: instituta prudentie tue
 pio amore conuincit. ut quos legi-
 tima societate conuenit: longqua
 pace custodias. Per deum. Illa
 pro cuiusmoda mortalitate: pro qua deus cle-
 mens servus et iustitiam omnibus videtur: et
 ducentos quadraginta dies indulgentie
 Et quilibet ante omnes misericordiam debet in ma-
 nu sua tenere vna candela donec missa
 fuerit completa. Et per quinquaginta dies obi-
 tuare victam misericordiam. Officium.

Recordare deus testamenti
 tui et dic angelis peccati
 cesset nunc manus tua:
 ut non desoletur terra et ne perdas
 omnem animam viuam. Et
 regio israel itende: qui deus velut ouis
 ioseph. Gloria patri. Oratio.

Deus qui non morte sed peni-
 tentia peccatorum desyderas:
 populum tuum in afflictione cla-
 mantem quesumus deus ad te con-
 uerte propitius. ut dum tibi deuotus
 erit erit: iracundia tunc ad eo fla-
 gella amoueas. Per. Probia de sancto
 sebastiano. Tertio libri regum. ii. v. lein'o

In diebus illis: Inmisit deus
 pestilentiam in israel: de mane
 usque ad tempus constitutum: et

mortui sunt ex populo a dan usque
berfabee: septuaginta milia virorum.
Cumq[ue] extendisset manum
suam angelus d[omi]ni super hierusalem
ut disperderet eam: multus est d[omi]ni
super afflictionem. Et ait angelo:
percutienti populū Sufficit n[un]c:
cōtine manū tuam. Erat autē an-
gelus d[omi]ni: iuxta arcē arcuna hie-
busei. Dixitq[ue] dauid ad d[omi]nū: cum
vidisset angelum cedētem popu-
lū. Ego sū qui peccavi: et ego iniq[ue]
egi. Isti qui oves sunt q[ui]d fecerūt?
Uertatur obsecro ira tua p[ro]tra me
et cōtra domū patris mei. Venit
autē gad p[ro]pheta d[omi]ni ad dauid in
die illa: et dixit ei. Ascende et cōstru-
tue altare d[omi]ni in area arcuna hie-
busei. Et ascendit iuxta sermonem
gad: quem p[re]ceperat ei domin[us].
Ep[istola] d[omi]ni verbum suum et sanavit
eos et eripuit eos de interitu eor[um]. **h.** Cō-
fiteantur d[omi]no mīse eius et mirabilia eius
filijs hoīm. **Alī. h.** Seruabo populū meum
in medio hierusalem et ero eis in
deum in veritate et iustitia. **Sequentia.**
Veni s[an]cte et sp[irit]us. **S[ecundum] lucam. iij.**

In illo tēp[or]e: Surgēs i[er]usale[m] de
synagoga: introiit i[n] domū
symonis. Symonis autem symonis
tenebatur magnus febrīb[us]. Et ro-
gauerunt illum: p[ro] ea. Et stans
super illam imperavit febrī: et di-
misit illam. Et continuo surgēs:
ministrabat illis. Cum sol autem
occidisset: oēs qui habebant infir-
mos varijs lāguoribus: ducebāt
illos ad eum. At ille singulis ma-
nus imponens: curabat eos. Erībāt
autē demonia a multis clamātia

et dictia: quia tu es filius dei. Et
increpans nō sinebat ea loqui: q[ui]
sciebant ip[s]um esse christum. Facta
autē die egressus ibat in desertum
locum: et turbe requiebant eū: et
venerunt usque ad ip[s]um. Et detine-
bant illum: ne discederet ab eis.
Quibus ille ait. Quia et alijs ciui-
tatibus oportet me euāgelizare:
regnum dei. **Off[icium].** Stetit pontifex iu-
sta mortuos et viuentēs habens thuribu-
lum aureū in manu sua et offerēs in illi
sacrificiū placauit iram d[omi]ni et cessauit
plaga populo alleluya. **Secreta.**

Scijs p[re]sentis oblatio. que nos
errorib[us] vniuersis potens et absol-
uat: et a toti[us] eripiat p[er]ditio[n]is icur-
su. **Per p[re]fatio[n]em scib[us] q[ui] ip[s]o poposierit.**
**Cō. Multitudo languentū et qui vera-bant a sp[irit]ib[us] inuisio debebāt ad eū. q[ui]
vixit de illo eribat et sanabat oēs. Post q[ui]**

Efaudi nos deus salutaris no-
ster: et i[n] excedēte b[e]n[e]d[i]c[t]iō[n]e dei geni-
tricie maria: p[ro]ph[et]iam tuam ab uacū-
die tue terrorib[us] libera: et mīse tue
fac largit at e securum. **Per d[omi]nū.**
Epistola contra paganos. Off[icium].

Istret oratio mea in sp[irit]u
ctu tuo: inclina aurē tuam
ad p[re]cem meam d[omi]ne. **ss.**

Omnipotēs sempiternē deus
in cuius manu sunt omnū pote-
states et omnium iura regnoꝝ: re-
spice in auxiliū christianoꝝ: ut
gētes paganor[um] que i[n] sua feritate
cōfidunt: de te tue potētia cōte-
rātur. **Per. Ad philipp[os]. iij. et iij.**

Fratres: Imitatores mei estote et obseruate eos quia ambulat: sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulat: quos sepe dicebam vobis. Nunc autem et scitis dico: in inimicos crucis christi. Quorum finis interitus: quorum deus videri est: et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt. Nostra autem ueritatio: in celis est. Unde etiam saluatorum expectamus dominum nostrum iesum christum: qui reformabit corpus humilitatis nostrae: conformabitur corpori corporum claritatis suae secundum operationem qua possit etiam subiacere sibi omnia. Itaque fratres mei carissimi et desideratissimi: gaudium meum et corona mea: sic stete in domino carissimi. Eucharistiam rogo et sancticem deest corporum: idiplum sapere in domino. Etiam rogo et te germane copar: adiua illos qui mecum laborauerunt in euangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis. Quorum nomina sunt in libro vite. *Ep.* Sciant gentes quod nomen tibi deus: tu solus altissimus super omnem terram. *b.* Deus meus pone illos ut rotam et sicut stipulam ante faciem dei. *Alla. b.* Erripe me de inimicis meis deus meus et ab insurgentibus in me libera me. Si tempore paschali euenit secundum alla de resurrectione vel ascensionem. *scdm qd ipse deposuit sequentia.* Veni sancte spiritus. *Salut.* vel. *lx.* fuerit. *Tractus* Domini non secundum. *Secundum* matheum. *vij.*

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Attendite a falsis prophetis prophetis qui ueniunt ad uos in uelamentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. *A* fructibus eorum:

cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas: aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona: fructus bonos facit. Mala autem arbor: fructus malos facit. Non potest arbor bona: fructus malos facere: neque arbor mala: fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur: et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum: cognoscetis eos. Non omnes qui dicunt michi dicit dicit: intrabit in regnum celorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. *Off.*

*Si ambulauero in medio tribulationis uiuificabis me et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam et saluum me fecit dextera tua. *Ps.* secreta.*

Sacrificium dei quod immolamus intende. ut propugnatores tuos ab omni cruas paganorum nequitia: et in tue protectionis securitate constituas. *Per. *ps.* 66.* In saluari tuam ala mea et in uerbis tuis speraui quoniam factes de preuentibus meis iudicium iniqui presentis scie me a diuina me die deus. *ps.* potest.

Quod et propugnatores tuos ab omnibus paganorum defende periculis. ut ab omnibus perturbationibus semotis liberis tibi mentibus deseruiat. *Per do. pro infirmo cui? exit? a propheta. off.*

Quoniam dederunt me gemini circumdederunt me: et in tribulatione mea inuocavi dominum: et exaudiuit de templo sancto suo uocem meam. *ps.* Diligam te deus fortitudo mea: deo firmamentum meum:

Iesu christi dñi nostri corpo-
re et sanguine saginati per
quem crucis est sanctificatum ve-
rillum. q̄s dñe deus noster: vt per
hec sancta que sūp̄sumus: perēni-
tatis et glōria salutari potiamur
Per. ¶ De beata maria. ¶ Oratio.

Oncede nos famulos tuos
q̄s dñe deus p̄petua mētis et
corpōis salute gaudere. et glōsa
beate marie sc̄m̄p̄ virginis int̄-
cessione a p̄fici liberari trīsticia: et
eterna p̄frui leticia. p̄ d. *Secreta*

Quia dñe p̄piciatōe et b̄e ma-
rie sp̄ virginis it̄cessione: ad
p̄fētē tam̄ p̄petuā hec oblatio
nobis p̄ficiat. p̄p̄ritatē et pacē. p̄

Sumptis dñe ¶ postcōmuniō
salutē nostre subdidis: da q̄s
eius nos patrocinijs vbiq̄ p̄tegi:
in cuius veneratōe hec tue obtuli-
mus maiestati. p̄ d. De b̄e taurino.

Om̄s semp̄terne deus. ¶ Or-
qui semp̄ et vbiq̄ es mirabi-
lis: q̄s clemenciā tuā. vt sicut be-
totaurino pontifici tuo eminen-
tem gratiā contulisti: sic ad conse-
quendā miā tuā. eius nos faci-
as p̄ccibus adiuuari. p̄ d. *Secreta*

Hec tibi q̄s dñe b̄i taurini p̄-
tificis tui it̄cessione nunc
gratā reddatur oblatio. et per eaz
glōsā nostrū famulatū purifica.

Deus qui nos sc̄ōy ¶ p̄ postcō-
tuor̄ temporali tribuis com-
memoratiōe gaudere: p̄fēta q̄s.
et beatotaurino interueniēte. in
eam numeremur: forte salutē: i qua
illi sunt gratiā tua glōsiosi. Per.
De omnibus sanctis. ¶ Oratio.

Oncede q̄s om̄s deus: vt i-
tercessio nos sancte dei geni-
trix marie sanctay: q̄s oīum cele-
stium virtutū. et beatorū patriar-
charū. p̄phetarū. ap̄stolorū. mar-
tirum. confessorū. atq̄ virginū. et
oīum electorū tuorū vbiq̄ letifi-
cet. vt dum eorū merita recolim⁹:
patrociniā sentiam⁹. p̄ d. *Secreta*.

Oblatis q̄s dñe placare mu-
nerimus. et it̄cedēte beata
dei genitricē maria cum oībus sā-
ctis tuis: ac cūctis nos defende pe-
riculis. Per dñm. ¶ postcōmuniō

Sumpsumus dñe sancte ma-
rie. et oīum sanctorū tuorū me-
rita recolētes sacramēta celestia.
p̄fēta q̄s: vt quod tēporaliter ge-
rimus: corū p̄ccibus adiuti. et e-
nis iudicij consequamur. Per.
p̄ d. *Secreta*. ¶ Oratio.

Ecclēsie tue q̄s dñe p̄ces pla-
catus admitte. vt destructus
ad itatibz et erroribus vniue-
rsē ecclēsia tua tibi secura deserv-
at. Per dñm. ¶ *Secreta*.

Protege dñe q̄s tuis mystici-
is seruantes. vt diuinis re-
bus et corpore tibi famulemur et
mente. Per dñm. ¶ postcōmuniō

Quesumus dñe deus noster:
vt quos diuina tribus par-
ticipatiōe gaudere: humanis nō
sinas subiaceere periculis. Per d.
Propter agentibus. ¶ Oratio.

Adesto dñe supplicatiōibus
nostris. et viā famulorū tuorū
in salutis tue p̄p̄ritate dispone.
vt it̄ oēs vīe et vīe huius varie-
tates: tuo sp̄ p̄tegiatur auxilio. p̄

Efaudi dñe supplicū precēs
 & gñentū tibi parce peccatū.
 vt pariter nobis indulgentiā tri-
 buas benignus et pacē. *Secreta*

Hostias tibi dñe placationis
 offerimus suppliciter depre-
 cantes. vt & delicta nostra misera-
 tus absoluas: et nutricia corda tu

Dirigas. Per. *Postcōmuniō*
 Restitua nobis eternē saluatoꝝ
 vt percipiētes hoc munere veniā
 delictōꝝ: deinceps pctā vitē. p.
 cum oꝝ de Eccle. & Adfeto. Ab oct. pa-
 schalis ad ascē dñi de cruce. videlz. ox.

Deus qui pro nobis filiū tuū
 crucis patibulū subire volui-
 sti vt iūctia a nobis expelleres po-
 testatem: concede nobis famulis
 tuis vt resurrectionis gratiā cōse-
 quamur. Per. *Secreta*

Proclina nos misericōꝝ dē?
 vt ecclē tue precēs q̄ tibi gra-
 te sunt pia munera dēferentes: fi-
 ant expiatis in tibi gratioꝝ. p.

Largire sensibus nostris ops
 deus: vt per tēporalē filiū tui
 mortē quā mysteria venerāda te-
 stātur: vitā nobis venisse ppetuā
 cōfidamus. p. De beata maria. Ox.
 Deus qui de beate marie. vt supra
 De omnibus sanctis in tpe paschali. ox

Restitua q̄s ops deus / vt in re-
 surrectōe dñi nostri iesu xpi
 cum omnibus sanctis / perpetuā ve-
 raciter precipiamus portione. Qui

Rementiā *Secreta*
 tuā dñe suppliciter eroꝝam?
 vt paschalis muneris sacramen-
 tum quod fide recolim? / et spe de-
 sideramus intenti / perpetuā dile-

ctionem cum oibus sanctis tuis i
 resurrectione dñi nostri iesu xpi
 filij tui capiamus. p. b. postcōm.

Splēdit q̄s dñe quos creauisti
 pietate custodi. vt qui passio-
 ne tua glorioſa sunt redēpti: ite-
 cedētibz oibus sanctis tuis / tua
 facta letētur resurrectione. Qui
 cum oꝝ de Eccle. & Adfeto. vt supra
 Homenia de sancto sebastiano. *Secreta*

Ops sempiternē deus / qui
 meritis beati ac glorioſiſ-
 mi martiris tui sebastiani quan-
 dam generalē pestē mortificā re-
 uocasti: presta supplicibz tuis. vt
 omnes qui pro plimidi pestē reuo-
 canda sub tua gñentia ad ipsū cō-
 fugiunt: eius meritis et precibus
 ab ista & omni alia tribulatione li-
 berentur. Per dñm. *Secreta*

Hostias tibi dñe beati sebastia-
 ni martiris tui dicatas meritis be-
 nignus assume. et ad ppetuū no-
 bis tribue pacis subsidiū. p. p. 6.

Secro munere faciat supplic-
 iōs te dñe deſcamur. vt qd de
 dicitur seruatur: celeſtiam officioꝝ
 et cede dēte beo sebastiano martyre
 tuo saluatiōis tue sententiam aug-
 mentū. p. Contra mortalitatē. Ox

Deus qui imminētē numi-
 us interitū solamiam remouit
 sti: quibz vt misericōꝝ existeres:
 p̄uentionis penitentia prestiditi:
 respice queſimus populū tuū an-
 te cōspectū mie tue prostratū. vt
 quos dñi geniti filij tui sanguine
